4 ¶ † Quarto no. ꝙ formam datã a iure in stipulatiõe partes nõ possunt immutare, ꝛ ita ad hoc istũ tex. alle. Bar. i. l. ius publicũ. circa pͥn. ff. de pac. Et per hoc inferẽ, qđ si partes dicant stipulationẽ non factã velle haberi pro facta, dico qđ per hoc nõ posset agi ex stipulatiõe, fꝫ Ang. ꝛ Roder. in. l. quicquid astringẽde. j. eo. vbi per hoc subdũt qđ instrumentũ extendendũ ad cõsiliũ sapientis non põt extendi cum stipulatione que requirit formã
5 verborum, idẽ volũt canoniste in. c. pe. de iureiurã. ¶ † Quinto diligẽter no. ibi, nec naturaliter: qđ stipulatio inutilis nõ vꝫ etiã vt pactũ nudum, cũ ex ea nõ oriaẽ etiã naturalis obligatio, que oritur ex pacto nudo. l. in his. §. imperator. ff. de solu. l. j. in pͥn. ff. de pact. ꝛ ratio est qꝛ formalis solennitas stipulationis requirit verba ex vtraqꝫ parte, vt hac. l. in prin. ergo cũ deficiat forma q̃ dat esse rei. l. iul. §. sed ꝛ si quis. ff. ad exhibẽ. ꝛ per ꝯñs actus red-

a ¶ Tertio not. ꝛc. vide Spec. in ti. de respõ. col. j. ver. secus.

b ¶ Circa istã pͥmã ꝛc. Ad hec vide si faciunt q̃ dicit Feli. i c. cum vene. colũ. xiij. ꝛ seq. de excep.

ditur nullus. ita Bar. in. l. si quis pro eo. in pͥn. in. viij. q. ff. de fideius. qꝛ tũc lex videẽ resistere ipsi principio et per ꝯñs impedire ortũ obligationis. l. si nõ sortẽ. in prin. ff. de cõdi. inde. Et declarat Bar. in. l. cum lex. in prin. ff. de fideiusso. ꝛ si dicatur que vtilitas est qđ nõ oriaẽ etiã naturalis obligatio, dic ꝙ vtilitas est in promptu, qꝛ si virtute talis obligatiõis solueret, posset indistincte repetere solutũ, qꝛ est oĩ iure indebituꝫ. l. j. cũ gl. ff. de condi. indebi. intellige scđm cõiter scribẽtes qñ constat partes animo constituende stipulationis promisisse alias stipulatio que nõ vꝫ vt stipulatio: valeret vt pactũ nudũ iuxta gl. in. l. iurisgen. §. igitur nuda. ff. de pac. ratio qꝛ actus agẽtium non operantur vltra
6 eorum voluntatem. l. non oĩs. ff. si cer. pe. ¶ † Sexto no. ex eodẽ tex. qđ vbi agitur de obligatione ꝯtrahenda, si nõ vꝫ qđ ago vt ago, nõ valet etiam vt valere põt. facit. l. j. §. eum qui. cũ glo. ff. de cõst. pecu. ratio est propter defectum forme, de quo statim diceẽ
7 infra. ¶ † Septimo no. in versic. ꝛ ideo ꝙ obligatio fideiussoria non potest stare sine principali, quãdo nõ subest nec ciuilis nec naturalis obligatio, quia fideiussio est accessoria ꝛ nõ potest stare sine principali. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. đ fideius. intellige sane ꝙ requiritur obligatio naturalis vel ciuilis vt fideiussoria obligatio teneat adde ꝙ etiã sufficit officiuꝫ iudicis qđ licet nullam presupponat obligationẽ. l. qui per collusionẽ. ff. de act. emp. tñ presupponit quasi obligationẽ seu quasi debitum. l. cum quis. §. si quis pro reo. ff. de solu. siue sit officium iud. nobile siue mercenarium potest accedere fideiussor, declarat Bar. in. l.
8 marcellus. ff. de fideiusso. ¶ † Ultimo no. ex hoc text. qđ lꝫ quis annuat capite ꝛ sic signis, ꝛ ꝯsequenter lꝫ tacite consentiat, vt dicam in gl. ꝛ lꝫ det fideiussorẽ ꝛ sic etiã isto scđo modo videaẽ consentire, et sic videatur esse duplex ꝯsensus, adhuc non oritur naturalis obligatio nec vꝫ datio fideiussoria, ita est tex. no. hic, per rationem predictã, qꝛ actus peccat in forma: ꝛ sic duo vincula nõ plus operãtur q̃ vnum, ꝛ sic limita regulam qđ duo vincula ꝛc. auẽ. itaqꝫ. C. cõia de succes. c. inter corporalia. de trãsla. episco. et gl. in. c. j. de trenga ꝛ pace. qꝛ non habet locum qñ actus peccat in forma. ¶ Expeditis notabilibus anteq̃ veniã ad glo. sequendo semper ordinem Bart. iste tex. inducitur per Bart. ad duas not. q. post Pet. de bellaperti. prima est, pone interrogo testatorẽ an velit relinquere bona tali: ꝛ testator respõdet, cui alij quã sibi vellem relinquere: ꝛ per hoc decidit Bar. qđ velit illi dimittere, per istum tex. quem inducit fortius, quod si in stipulatiõe: ꝛ sic in cõtractu stricti iuris inducit dispositionẽ, vt hic: et fortius debet in testamẽtis, cum in eis fiat plenior interpretatio: vt in. l.
b in testamentis. ff. de regu. iur. ¶ Circa istã primamᵇ deci. Bart. que est bene notabilis, scribentes nihil addunt, qđ est mirandũ, Pau. de ca. limitat quod esset graui infirmitate grauatꝰ: et ille interrogatus esset submissus ab illo, per id qđ decidit Jo. an. in addi. ad. Spec. in ti. de test. ꝛc. de cuius decisione tetigi in. l. iubemus. C. de test. tu autem aduerte licet scribentes nihil addãt decisioni Bar. quod si Bart. loqueretur in fideicommisso particulari res esset planior ꝛ sine dubio: quia legata ꝛ fideicõmissa possunt relinqui solo nutu. l. nutu. ff. de lega. iij. ꝛ l. ꝛ in episto. C. de fideicõmis. vnde Bart. loquitur aut in fideicommisso vniuersali: patet: quia fuit ille interrogatus an vellet relinquere bona sua:
9 pondera bona sua: ergo erat fideicommissum vniuersale † ꝙ nõ potest relinqui solo nutu ꝓut declarat Ang. in. d. l. ꝛ in epistola. C. de fideicommissis. quia in fideicõmisso vniuersali consistit totum pondus totius successionis: ita Bal. in. l. iubemꝰ. in. j. opp. C. de testa. aut loquitur in institutione: eo quia verbũ relinquo: adiectum vniuersitati bonorum importat institutionem, ſm gl. in. l. his verbis in princi. ff. de heredi. institu. ꝛ vtroqꝫ modo apparet nihil facere ad propositum. tex. in. l. p. amphilo. §. propositum allegatum per Bart. quia ille text. loquitur in fideicommisso particulari. sed Bar. hic loquitur in fideicommisso vniuersa-
10 li aut in institutione. † Adde etiam secundo ad istam egregiam deci. Bar. illud quod alibi no. deci. Bald. in. l. ꝛ in epistola. in. ij. q. C. de fideicõ. vbi querit Bal. ego interrogaui titium an vellet bona sua relinquere vxori, ipse annuit capite quod sic, an valeat dicit ipse Bald. videtur ꝙ non, qꝛ in testamẽtis requiriẽ pro forma qđ nominetur heres a testatore. l. iubemus. C. de test. ergo non sufficit annuere signis. breuiter Bal. ibi determinat no. cõtrariũ ꝙ imo vxor habebit bona fideicõmissi q̃ veniẽtes ab intestato censetur grauari per fideicommissum restituere. Confirmo per illud qđ no. voluit Bald. ꝛ oẽs doc. in. d. l. his verbis. ad fi. principij. ff. de here. insti. qđ verbũ relinquo adiectum vniuersitati bonorũ importat institutionẽ: sed qñ nõ potest importare institutionẽ importat fideicõmissum, vt actus potius valeat q̃
11 pereat. ¶ † Tertio no. regulã Bar. qđ verba iactantia prolata a testatore testibꝰ ad hoc nõ adhibitis nõ inducũt dispositionẽ per. l. fi. vbi etiã Bar. idem no. ff. de test. Adde bonũ ꝛ not. tex. lꝫ vulgatũ in. c. cũ venissent. circa mediũ. de insti. per quem tex. no. ibi oẽs

sibi oẽs canoniste qd verba generalia prolata ad cõplacentiam
non inducũt dispositionẽ, puta si dicatur de oĩbus rebus meis
facias ad tuũ placitũ, eodẽ mõ si dicat alicui oĩa bona mea tua
sunt: talia vba nihil disponunt. gl. est. no. in. l. ij. in ver. ipsi sunt.
C. in quib. cau. colo. cen. lib. xj. Similiter si aliqs dicat de me: et
oĩbus rebus meis facias ad libitũ tuum: nõ sequit, ego dono:
ita dicit no. Ang. in. l. si cui. in prin. ff. de ser. titulo gñali. Item
per illũ tex. in. d. c. cũ venissent. circa mediũ decidit Lud. ro. no.
in repe. rub. ff. de arbi. iiij. col. pone, in p̃sentia testiũ tu petis a
me qd donẽ tibi istũ librũ: ꝛ ego respõdeo, nõ tm̃ istum librũ: sz
oĩa q̃ habeo in isto mũdo: pro istis verbis nõ inducitur aliqua
donatio ꝛ nõ potes petere illũ librũ: qꝛ sunt vba iactãtia: ꝛ illã
decisi. Ro. refert ꝛ sequit Alex. in. l. ita stipulatus. in. ij. col. j. eo.
Cõtra predicta videt esse tex. in. c. cũ iuramẽto. d̃ homi. vbi est
tex. valde no. qd si ꝓmitto quicqd postulaueris vz promissio: ꝛ
teneris vigore ꝓmisi nisi peteres aliqd turpe vel inhonestũ, et
ideo querit ibi tex. nã herodes promisit puelle saltatrici dare
quicqd vellet cũ iuramento: ꝛ ita notant illũ text. canoniste: re
spondeo qd ille text. loquit qñ promissio erat deliberate facta
verbis obligatorijs nõ aũt erãt verba generalia ꝛ iactãtia: ita
dicit Alex. in. d. l. si ita stipulat⁹. in. ij. col. j. e. Scdo iste tex. indu
cit p Bar. ad aliã. q. in qua nihil est addẽdũ. Expeditis textua
12 libus capio gl. in v̀. annuisset ꝛc. ¶ † In ea. gl. ibi humeris vel
capite istã gl. p singulari no. Ange. hic i fi. qd caput inclinãdo
versus pectus ꝛ humeros dicit quis annuere ꝛ sic affirmare, ꝛ
ideo in ꝯtractibus iurisgentiũ qui solo cõsensu fiũt annuendo
capite vel astringẽdo humeros diceret affirmare: ꝛ sic obliga-
ri, p. l. si stipuler. §. si. j. e. Istd idẽ ꝙ dicit hec gl. dicit. gl. in. l. itẽ
qꝛ. in prin. ff. de pac. Tũ aduerte, ꝙ illd qd dicũt iste gl. d̃ capite
qd inclinãdo caput dicat quis annuere seu consentire, est bene
dictũ: sed illud qd dicũt iste glo. qd eodẽ mõ astringẽdo hume
ros, est male dictũ s̃m Imo. qꝛ vt docet experiẽtia rerũ magi-
stra. c. quã sit. in p̀n. de elec. in. vj. stringẽdo humeros videt po-
tius qs facere actũ dubitatiuũ quã affirmatiuũ: tñ aduerte qd
illud idẽ qd dicunt iste gl. dicit expresse Bar. alibi. in. l. nutu. in
prin. ff. de lega. iij. ꝙ notarius debet scribere ꝙ consensit strin
gendo humeros: sed dicat Bar. quid velit non credo esse vex.
¶ Capio aliam gl. in ver. sed nec naturaliter. Circa doc. Bar.
adde dum in prin. dicit quod quando expresse fuit actuz quod
actus valeat quocũqꝫ modo potest: tũc non est dubium qd va
lebit: qꝛ fuit expressum qd valeat quocunqꝫ modo potest. l. j. ff.
13 de iure codicil.. ꝛ. l. fi. C. de codi. ꝛ gl. hic. † Cõtra istud fortiter
videt facere tex. in. c. j. in v̀si. sub ea etiam forma, de postula. p̀la.
in. vj. vbi est text. quod si aliqs dicat eligo vel postulo eo modo
quo melius ꝛ validi⁹ fieri poterit. dicit ibi text. quod nullo mõ
vz ꝛ nihil vz: naz postulatio ꝛ electio differũt nã eligũtur digni
ꝛ postulant indigni. Semi. ibi. Inno. sentiẽs forte difficultatẽ
no. ex tex. no. ꝙ qñ actus debet fieri sub certa forma si peccat in
forma nihil operat illa clausula si nõ vz qd ago vt ago valeat vt
valere possit: ita Semi. no. ex tex. sed istd no. est falsum ꝛ ꝯ iura
q̃ allegat Bar. hic: nã in testamẽto est tradita forma ꝙ fiat co
rã septẽ testib⁹, sed si testator ponat illã clausulã si nõ vz qd ago
vt ago ꝛc. tũc vz iure codicillox. l. fin. C. de codi. ꝛ. l. j. ff. eo. ergo
ꝯ dictũ Semi. ꝙ vbi requirit certa forma lz non adhibeat, tñ
talis clausula operat. Ego aliter respõdeo ad illũ tex. limitãdo
primũ mẽbrũ Bar. ꝛ dico ꝙ ideo ibi si dico eligo postulandũ ꝛ
postulo eligendũ: ꝛ volo valere oĩ modo quo possum non tñ vz
illa clausula nihil operat qꝛ lex ꝛ expsse resistit tali clausule, qꝛ
est in materia nõ depẽdẽte a volũtate aut dispositiõe faciẽtis
14 actũ. ¶ † Scdo adde inquãtũ Bart. tenet ꝙ qñ inter illud ꝙ
agit ꝛ illud qd poterat agi nõ est differẽtia in mõ nec in forma
ꝯstituẽdi sz in ꝯmodo ꝛ in vtilitate: tũc si nõ vz ꝙ ago vt ago vz
vt valere põt. ita intelligit. l. si tã angusti. de serui. ꝛ. l. via. in p̀n.
ff. de ser. rust. p̀di. Raph. cu. hic dicit, qd ratio ꝓprie illius tex.
est, qꝛ sub seruitute vie que est amplior continet seruitus itine-
ris q̃ est minor. tex. est in. l. j. ff. de serui. rust. pred. inst. d̃ serui. in
prin. ꝛ ibi glo. declarat, quia sub seruitute vie continetur serui
tus itineris, ꝛ refert dicere ita Bal. in. l. nõ codicillũ. C. de test.
Tu ꝯfirma istam. so. vltra eos per tex. in. §. si stipulãti. j. e. l. vbi
si stipulor. xx. et ꝓmittis mihi tm̃ decem, nõ vz stipulatio in. xx.
valet tñ in. x. qꝛ in maiori summa continet minor, eodem modo
cũ in seruitute vie contineatur seruitus itineris, si nõ vz consti
tutio vt seruitus vie, vz vt seruitus itineris q̃ sub ea continet: ꝛ
sic eo modo quo põt. Alio modo dicũt ad illã. l. si tam angusti.
sed in alio ꝓposito Ioã. de imo. in. l. qui rome. §. duo fratres. in
vij. col. ff. de v̀b. obli. ꝛ ibi Alex. in. v. char. quod in illo tex. illud
ibi ꝓcedat ratione demõstrationis sibi facte in presentia, ꝓut
expresse dicit ibi tex. in ver. demõstratiõe facta, ibi appellatio-
ne vie venit seruitus itineris: eo qꝛ locus vie fuit ibi ad oculuz
demõstratus, ibi in tex. demonstratione facta: certe per talem
demonstrationẽ ad oculũ percipitur ꝙ intẽtio partiũ fuit non
cõstituere viã sed seruitutem que cadere poterat, cõfirmo per
illud qd vult glo. no singu. in. l. que extrinsecus. j. eo. vbi sing. te
net gl. ꝙ si dico ꝓmittis mihi istum bouem demonstratione fa
cta lz sit equus: tñ vz stipulatio de equo ꝓpter demõstrationẽ:
qꝛ qñ res demonstrat ad oculũ attendimus verbox significa-
tum, in illo ergo tex. l. si tam angusti. est domonstratio q̃ impor
tat mysteriũ: iste intellectus lz prima fronte peregrinus ꝛ not.
cõfirmatus. vt. s̃. mihi non placet, per tex. in. l. via. in prin. ff. de
ser. rust. pred. allegata per Bar. vbi de demonstratione verbũ
nullũ, tamen iurisconsultus ponit ibi regulam si constituatur
locus vie ꝛ nõ sit tãte latitudinis, tñ vz vt iter, ꝛ sic vt valere po
test, ꝛ sic vt seruit⁹ itineris. ¶ Tertio adde inquantũ Bart. in
his que depẽdent a volũtate vnius vt sunt vltime voluntates
que dependent a volũtate ꝛ dispositione solius testatoris facit
differentiã, aut agit de dispositione totali, et tunc si non vz qd
ago vt ago nõ vz vt valere põt. l. nõ codicillũ. C. de testa. allega
ta p Bar. ꝛc. aut agitur de parte illius ꝛ tũc secus per. l. filiusfa.
§. vt quis heredẽ. ff. de leg. j. l. sceuola. ff. ad trebel. l. verbis ciui
libus. in. gl. de vulga. Aduerte ne Barto. te decipiat quia iura
que alleg. Bar. in. ij. casu qñ agit de parte vident loqui qñ agit
de totali dispositiõe hoc est de totali hereditate, qꝛ in substitu
tionibus vel directis vel fideicõmissarijs cum dicãtur secunde
institutiones. l. rõne. §. ceteris. ff. ad. l. falci. agitur de totali suc-
cessione bonorum testatoris: ꝛ sic verba que dicit Bar. in. ij. di-
spositione ꝯfundunt q̃ dicunt in prima: ergo intellige mentem
Bar. esse, qd autem agitur de totali dispositione. i. de totali va
liditate totius testamẽti: nã in. ll. allegatis scdo casu nõ agitur
de totali validitate testamẽti: nã in. l. sceuo. agitur de substitu
tione pupillari a qua non pendet validitas totius testamenti:
similiter in substitutionib⁹ directis vel fideicõmissarijs nõ pẽ-
det tota validitas. testamẽti: licet aptitudine possit agi de tota
hereditate: qꝛ tota hereditas posset deuenire ad substitutos
aptitudine per testamẽtũ. l. ꝓxime. ff. de his q̃ in test. delentur.
15 ¶ † Scdo aduerte inquantũ Bar. facit differentiã in depẽdẽ-
tibus a volũtate vnius, qd aut agitur de totali dispositiõe aut
de parte, prima fronte ista differẽtia reddit inepta: nec videtur
esse bona cũ tria regula sit in oppositũ, qd bonum est argumen
tũ de toto ad partẽ ꝛ ecõtra qñ nõ datur efficax ratio diuersita
tis. l. que de tota. ff. de reivendi. l. qui sit. in prin. vbi glo. allegat
infinitas concordan. ff. de vsuris. c. pastoralis. in prin. de offi. de
lega. Et propterea Rapha. cuma. in. l. verbis ciuilibus. in. iij.
colũ. ff. de vulg. ꝛ pn. dixit, qd doc. Bar. in hoc nõ habet rõnez
diuersitatis. Idẽ Cuma. hic dicit, qd ista differẽtia iter totalẽ
dispositionẽ ꝛ partẽ est truffa: sed Pau. de ca. dicit quod ideo
Raph. reputat truffam: qꝛ nõ gustauit medullã isti⁹ doctrine.
Dic ergo, ꝙ vra ratio diuersitatis est iter istos duos casus, s̃z
Ange. Imo. ꝛ Pau. de ca. hic: qꝛ in p̀mo casu Bar. qñ testamẽ
tum non põt valere vt testamentũ: quia nõ erant adhibiti nisi
quinqꝫ testes si valeret vt codicillus ꝓut valere posset trãsiret
in speciẽ oĩo diuersam: secus est qñ directa substitutio que nõ
valere põt iure directo transit ad obliquã tunc non transit ad
diuersam speciẽ: qꝛ ambe sunt substitutiones, ergo in illa par-
te substitutio q̃ nõ potest valere iure directe substitutionis va
let iure fideicõmissarie prout potest. Confirmo istam rationez
diuersitatis vltra eos dupliciter: primo, qꝛ nos habemus qd si
testator fecit testamẽtũ in scriptis deinde pone ꝙ nõ pfecte scz
corã septẽ testibus qꝛ nõ apposuit solẽnitates requisitas sic nõ
valet testamẽtũ in scriptis an valebit vt testamentũ nũcupati
uum et sic eo modo quo valere põt, certe qd sic, qꝛ nõ sit trãsit⁹
de vna specie ad aliã sine situ valde diuersam. Ita firmant Cy.
Albe. de ro. ꝛ oẽs Moderniores in. l. hac ꝯsultissima. §. per nũ
cupationẽ. C. de test. Bar. i. l. fi. ad fi. ff. de iur. cod. Ang. ꝛ Imo.
in. l. j. §. si autẽ. §. de here. inst. Raph. cu. in. l. heredes palã. i p̀n.
ff. de testa. ꝛ ita no. limit. Bar. hic. Scdo ꝯfirmo istã rõnem ꝛ per
regulam vulgatã, qꝛ in habentibus symbolũ seu similitudinez
facilis est trãsitus. l. in rẽ. §. itẽ quecũqꝫ. ff. de rei vẽ. cũ vulgari-
bus. Aduerte tñ dum Bar. fundat doc. suam. in. d. l. non codi-
cillum. C. de testa. ille tex. nõ videtur bene allegari p Bar. imo
nihil facit in ꝓposito: qꝛ ibi non potuit valere eo mõ quo age-
batur nec alio, ibi eñ nõ potuit valere vt testamẽtũ vt agebat
ꝓpter defectũ forme: qꝛ ibi institutio et exheredatio fuit facta
corã quinqꝫ testib⁹ tm̃, cũ in testamẽto ꝓ forma requirant septẽ.
d. l. hac ꝯsultissima. in. p̀n. nec etiã potuit valere vt codicill⁹ ex
defectu materie: qꝛ ibi institutio directa ꝛ exheredatio q̃ nõ
possũt fieri i codicillis. l. ij. C. de codi. §. pe. inst. de codi. ꝛ sic ibi
fuit defect⁹ forme in eo qd agebat ꝛ etiã in eo ꝙ agi potuisset,
nimix ergo si ibi neutro mõ vz, ꝛ lz al's substitutio directa fctã
in ipsis codicillis ꝓpter qualitatẽ codicillox obliquetur vt va
leat iure fideicõmissi. l. sceuola. ff. ad treb. tñ istud ibi nullo mo-

do pōt cadere respectu exheredationis nec respectu institutionis directe. ¶ Circa illud qḋ secūdo tenet Bar. q̄ in dependētibus volūtate vnius, si agitur de parte puta de aliqua substitutione, si nō valet eo modo quo agitur vz eo modo quo valere potest ¶ Cōtra istā conclusionē Bar. in hoc fortiter stringit tex. in. l. si seruus legat⁹. §. si seruus alienus. ff. de lega. j. vbi si testator in testamēto legat libertatē seruo alieno nō potest relinquere directo sed p̄ fideicōmissuz. Pone quod legat directo, dicit ibi tex. qḋ legatum relictum seruo directo non vz ex iure fideicōmissi, ergo ibi nō agiẛ de totali dispositiōe sed de particulari ⁊ sic de parte: scz de legato libertatis: tamē si nō vz eo modo quo agiẛ non valebit vt valere potest, ⁊ ita tenet gl. in. l. seruo. C. de testa. ma. ⁊ illū tex. alle. Alex. hic nō directo ɔtra Bar. sed ɔtra gl. in. d. l. verbis ciuilibus. vbi idem Alex. alle. illum tex. ⁊ idem Alex. in. l. cēturio. in. xxxiij. col. ff. de vulga. ⁊ pup. ⁊ ille tex. non solū facit ɔtra gl. sed contra Bar. hic, ⁊ dicit qḋ ad illū tex. nūq̄ vidit bonū responsum. adde qḋ lz ipse vbiq̄ sibi ascribat illos tex. qḋ ista iura originaliter contra doc. Bart. hic allegauit. d. Mathe. in no. cxl. q̄ incipit nota vnā doc. singularem. vbi dicit qḋ ista doc. Bar. hic est falsa. q̄ est ɔtra tex. expressum. in. d. l. si seruus. §. si alien⁹. Vltra eos stringe fortius illū tex. cōtra doc. Bar. nam ibi ille tex. loquitur in legato libertatis multū fauorabili, q̄ libertas dicẛ pia causa, ⁊ ideo legatuz libertatis dicitur ad piam cām. tex. est melior de iure. in. l. j. §. finautem in verbo ad hanc pietatis rationem. ⁊ ibi Bal. C. de cōmuni ser. ma.
16 Idem not. Bar. † qḋ bonū est argumentū de libertate ad piā cām. in. l. proxime. §. j. per illum tex. ff. de his q̄ in testa. delen. et idē Bar. in. l. si vnus. C. de test. ⁊ tamen in legato particulari fauore libertatis que est ita fauorabilis, dispositio libertatis vz etiam iure fideicōmissi vt valere potest: ⁊ ad hoc do tibi tex. in l. generaliter. §. si qs seruo pignorato. ff. de fideicō. liber. vbi est formalis tex. sed defendēdo Bart. respondeo nota ad. d. l. si seruus legatus. §. si alienus seruus. qḋ ibi testator seruo alieno legauit libertatē directo ⁊ vlterius illum seruum legauit alteri ita expresse dicit ibi tex. ibi ergo legatū libertatis relictum directo nō pōt valere iure fideicommissi, eo q̄ ille seruus erat expresse legatus alteri: quo casu non potest illud priuilegiū libertatis ita intelligi in detrimentū tertij. l. ij. §. merito. ⁊. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco pub. l. nec auus. C. de emanci. libe. Itē quia testator ibi expresse legauit alteri tertio illud legatū expressum facit cessare illam tacitā dispositionē iuris, quia expressum facit cessare tacitū. l. cum ex filio. §. j. ⁊ ibi Bar. no. ff. de vulga. ⁊ pup. ¶ Scdo ɔtra istā doc. Bar. facit alius tex. no. in. l. tutores. §. j. ff. de admi. tu. vbi est tex. egregius. qḋ si pater in testamēto dedit curatores filijs suis pupillis, hic agiẛ ō parte. s. de datione tutele et nō de totali dispositione, talis dispositio q̄ nō vz in vim curationis nō vz etiā in vim dationis tutorū: ⁊ sic eo modo quo valere pōt, ⁊ tū ibi agitur de dispositiōe particulari, ergo ꝯ Bart. ibi no. dicit qḋ illud qḋ ibi agebatur. s. datio curatoris: habebat se ad min⁹ ad officiū tutoris, ideo in eo qḋ est minus non potest ɔtinere illud quod est plus: hinc est qḋ secus est ecōtra q̄ si nominarenẛ tutores qui deberent esse curatores exponereẛ pro curatoribus. text. habes not. in. l. pater seuerinam. §. conditionē verba. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊ ita habes nota. limitare doc. Bar. hic: tu aūt cōtra illā solu. Bar. videas tex. in. §. j. ⁊ ibi gl. in vbo ad curationē. in auẛ. vt hi qui obligares habere phi. mino. colla. vj. ¶ Declarata theorica Bart. in isto mēbro reducam⁹ nūc eā ad practicam. Per istā doc. Bar. videtur confundi: et dubito multū, illud quod signanter decidit Pau. de cast. in. l. pxime. ff. de his q̄ in testa. delen. in. q. nota. quā dicit se illis diebus habuisse de facto et sup ea fuisse in-
17 terrogatū. † Euenit casus conuocatis. vij. testibus et rogatis: notarius scripsit testamētū hoc modo, titius sanus mēte licet corpore grauatus: in his scriptis fecit suū testamētum nuncupatiuū ⁊c. sed tamen non reperitur institutio: nunquid valebit vt codicill⁹, ⁊ ibi decidit qḋ nō, ⁊ ad hoc dicit facere gl. in. l. j. ff. de testa. p quam decidit ibi Bal. saluari testamentum notarij. de ista. q. Pau. ⁊ Bal. feci mentionem in rub. ff. de leg. j. sed nō feci mentionem de Bar. hic: et licet ibi sim secutus decisionem Pau. de cast. tamen videẛ mihi q̄ ista decisio confundatur per doc. Bar. hic, qḋ in. q. Pau. agitur de validitate totalis dispositionis licet non agaẛ de totali hereditate. ⁊ Bar. hic concludit quod in vltimis voluntatibus que dependent a voluntate vnius si agaẛ de totali dispositione testamēti si non valet vt testamentū non valebit vt codicillus: vt vult Bart. hic, ⁊ sic ista doct. Bar. videtur mihi stringere contra deci. Pau. de ca. Secundo vltra doct. Bar. q̄ fieret transitus in speciem diuersam de testamēto ad codicillos: ista rō militat directe ɔtra decisio-
18 nem Pau. de cast. ¶ † Secundo p istam doct. Barto. videtur confundi illud qḋ alibi singulariter tenet; ⁊ sequiẛ Alexā. in. l.

stipulatio hoc modo ɔcepta in. ix. col. ꝟ. eo. vbi tenet, q̄ si aliqs donat bona sua post mortē suam alicui quamuis ista videatur esse donatio cā mortis: quia vbicunq̄ in donatione fit mentio mortis censetur donatio cā mortis. l. seia. §. fin. vbi glo. ff. de donatio. cā mortis. ⁊ ibi gl. ordina. late scribentes. in. l. que dotis. ff. solu. matrimo. vbi aliqādo ponam: nam in donatione causa mortis requirunẛ quinq̄ testes. l. fi. C. de codicil. l. fi. C. ō dona. causa mortis. nā si non valet vt donatio causa mortis valebit vt inter viuos: q̄ certe secundum eum valebit eo modo quo valere potest: ⁊ sic vt donatio inter viuos, presertim q̄ mentio mortis non repugnat quin valeat cā donationis inter viuos. l. vbi ita donatur. ff. de dona. causa mortis. l. cū marit⁹. §. j. ff. de pac. do. tamē sustinendo Alex. respōde dupliciter. primo, quod iste due species nō sunt omnino ⁊ penit⁹ diuerse species: imo ambe appellanẛ donationes: ⁊ sic non fit transitus ad diuersam speciem. Hinc est quod Alexā. hic, allegat pro sua decisione id qḋ tenēt Cy. ⁊ alij. in. d. l. hac ɔsultissima. C. de test. vel aliter potes dicere, qḋ ibi non sumus in actu dependente omnino a voluntate vnius vt sunt vltime voluntates q̄ possunt fieri absenti: sz donatio nō potest fieri absenti. l. absenti. in princi. ff. de do. ⁊ gl. in. l. cum pater. §. meuio. ff. de lega. iij. vbi est gl. singularis qḋ etiā in donatione causa mortis requiritur stipulatio vel pactū
19 ⁊ isto modo remanet enucleata ista doc. Bar. ¶ † Quarto pncipaliter adde inquantū Bart. concludit quod in his que dependent ex volūtate duorū: vbi agitur de obligatione contrahenda si non valet qḋ ago vt ago ⁊c. non valet etiam vt valere potest. ad hoc alleg. Bar. istū tex. ⁊ tex. in. l. j. in. §. eum qui. ff. de constitu. pecu. respondera: q̄ dictum doctoris debet intelligi secundū. ll. quas allegat, vt per. Bart. in. l. non solum. §. si liberationis verba. ff. de libe. lega. ergo intelligendo Bar. secundum istas. ll. quas alegat pōdera, q̄ Bar. loquitur siue sit defectus in forma, prout proprie loquiẛ iste tex. siue sit in materia, prout loquiẛ text. in. d. l. j. §. eū qui. licet posses dicere qḋ etiam ibi sit defectus in forma stipulationis Adde in primis qḋ istud mēbruz Bar. reprobat. Abb. in. c. cū sup abbatia. in vlt. col. de off. delega. vbi etiam est tex. loquens de ista materia, si nō valet qḋ ago vt ago ⁊c. p tex. in. c. vnico post medium. de despō. impube. in. vj. vbi est tex. multū no. in propo. Pone duo impuberes cōtrahūt ad inuicē per verba de presenti: querit ibi tex. nunquid id quod non pōt valere vt de presenti, valebit vt de futuro: ⁊ sic vt spōsalia. ⁊ dicit tex. qḋ sic: ecce qḋ ibi agiẛ de voluntate duorum ⁊ de obligatione ɔtrahenda: ⁊ sic patet contra Bar. qḋ id qḋ non valet vt ago valet vt valere potest: ideo Hemi. in. d. c. j. de despōsa. impu. in. vj. ppendens de ista difficultate, q̄ ibi late examinat istā materiā, dicit quod istud est inductum fauore matrimonij sed respōdeo aliter defendēdo Bar. qḋ ille tex. pprie loquiẛ quādo est defectus in causa efficiēte hoc est in ipsis personis. i. impuberibus, quo casu ille text. concordat cū eo qḋ dicit Bar. ꝟ. in vltimo mēbro qñ est defectus in cā efficiēte si nō valet qḋ ago vt ago vz vt valere pōt, ⁊ sic ibi ē tex. p illo mēbro vltimo Bar. ⁊ non ꝯ Bar. Aduerte etiā inquantū Bart. sentit qḋ qñ est defectus in materia si nō vz qḋ ago vt ago nō vz etiā vt valere pōt: ita sentit allegādo. d. l. j. §. eū qui. tū Bart. hic nō aperit breuiter in hoc posset teneri contrariū, ⁊ isto mō posset limitari doc. Bar. hic, q̄ Bar. expresse nō dicit cōtrariū qñ est defectus in materia si nō valet eo modo quo agiẛ vz eo modo quo valere pōt, put affirmat do. Ant. in. d. c. cū super abbatia. pro quo facit bene tex. in. l. si diuortio. ꝟ. eo. vbi pmissio facta ex causa dotis que nō potuit valere eo modo quo agebatur vz eo modo quo pōt. s. vt donatio, ad idem qḋ vult gl. no. ⁊ singu. in l. hactenus. §. j. ff. de cōsti. pec. vbi cōstitutum quod est nullū ex defectu materie quia debitum non precedebat vz vt donatio: sequitur Bal. in rub. C. de ɔsti. pecu. in. ij. col. est verū qḋ Joā. fab. in. §. de cōstituta. institu. de act. fuit in vna noua opi. cōtra gl. in. l. hactenus. §. j. qḋ qui promittit scienter indebitum videẛ donari. l. j. de ɔdi. inde. ⁊ ideo dicit ipse Joā. fab. q̄ istud habet locū in principali cōtractu non aūt in accessorio sicut in constituto in quo nunquā presumiẛ donare: vt dixi in. d. §. de cōstituta. Tertio facit glo. nota. in. l. iij. in princi. quā Barto. ibi et alij ad hoc no. ff. de acquir. pos. vbi si ego ingredior fundū credēs meum: ⁊ a me possessum aio retinendi possessionē pone qḋ non sit meus ⁊ valebit ille actus eo modo quo potest: pro illa gl. adde tex. valde sing. in. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mādauit. ff. de acquirē. here. vbi est. tex. valde sing. quod pater qui credebat filium adiuisse hereditatem sibi delatam: et non potest nisi mediante iussu ⁊ pater ratificauit et non potuit an illa ratificatio que non valet vt ratificatio an valebit vt mandatū, ⁊ ibi habetur qḋ sic, ⁊ illum tex. ad hoc alibi repu. singu. Are. in. l. lega
20 ta inutiliter. §. j. ff. de leg. j. ¶ † Adde nūc circa istud membruz Bart. quādo agitur de obligatione contrahenda scōm eum si non valet

a ℂ Ultimo dũ Bar.ⁿc. Aduerte duz dicit ꝙ defect⁹ i pso na nõ vitiat q: vĩ ꝙ sit maior defect⁹ꝙ̃ forme nã pmo de psonis q̃rẽdũ est. vt in l. si quera-mus. ff. de testa. c. ad dissoluẽdũ. de despon. ipu. cũ si. ƺ intellige de defectu pso ne puta dã di circa mi-litiaƺ q tñ ẽ habilẽ ad pa ciscendũ et vẽdẽdũ mi litiã lƺ non ad exercen dũ vt i. l. al-leg. p gl. in ṽbo. plƺ in l. multũ in-terest. j. e. ti.

b ℂ Expedi ta ⁊c. Ad-uerte vt plu ra scias qđ cum audirẽ istũ. §. a quo dã celeber-rimo docto re sup ista materia di dici posse fie ri bimẽbrẽ distictionẽ. p̃rio q̃ aut intẽtio agẽ tiũ est circa vnum actũ a p̃cise et spe-cialiẽ. ⁊ tũc si nõ vƺ qđ agiẽ vt agiẽ non vƺ etiã vt valere po test propter regulã act⁹ agẽtiũ ⁊c. l. nõ õis. cũ si. ff. si cer. pe. c. õ cetero. õ rescrip. et c. si cũ essẽ. õ simo. cuƺ si. Aut nõ est p̃cisa volũ-tas ad vnũ actum tñ ⁊ tũc vƺ vt va lere põt: et ista distin-ctio videẽ sa pere verita tẽ si bñ ꝯside renẽ iura lo quentia de hac materia vt. l. an inuti lis. cũ si. de

non valet qđ ago non vƺ vt valere potest, in ꝯ̃trium videẽ facere tex. in. l. insulaƺ. ff. de prescrip. ver. vbi si vendo in-sulam hoc acto ꝙ des talem domum iste contractus nõ potest valere vt partes intendebãt, quia dƺ interuenire pretiũ, ergo non dicetur vẽditio: vƺ tamen vt valere po-test. ad idem tex. in. l. si olei. cum gl. C. loca. locaui fundũ p̃ro. x. cadis olei: locatio non vƺ: q: requiritur ꝙ in pecu nia numerata interueniat pensio ⁊c. ⁊ per tex. in. c. consti tutus. de relig. domi. ad ista iura respõdet Alex. hic, qđ dicta Bar. debent limitari quãdo actus non potest vale re p̃ront agitur ẽm propriam significationem vocabuli, tunc impropriaẽ vt valeat ẽm improp̃iã significationeƺ vocabuli: facit text. in. l. sed ⁊ si possessori. §. itẽ si inraue-ro. ff. de iureiuran. Sed ista respõsio si consideras bñ cõ funderet totam istam materiam, ideo responde meli⁹ se cundum Barto. ⁊ alios in. d. l. insulam. ꝙ ibi erronea de nominatio contractus non nocet quin valeat contract⁹ in sua propria specie secundum suã debitam denomina-tionem. Cõtra conclusionem Barto. etiam videtur face re tex. in. l. lucius titius cum haberet. ff. deposi. glo. in. l. j. §. eum qui. ff. de consti. pecu. opponit de illo tex. ⁊ non re spondet. sed Bar. ibi respõdet plenius, idem Bar. in. d.
21 l. lucius titius cũ haberet, plenius declarat. Item inc̃p tum. Bar. ꝙ qñ agitur de obligatione dissoluenda ⁊ ꝯse quenter ab absolutione seu liberatione que est fauorabi lior. l. arrianus. ff. de ac. ⁊ ob. facit differentiã an defectus sit in forma, ⁊ ille impedit, an in materia, et tũc sit secus. Adde qđ duplex est rõ diuersitatis inter defectuƺ in for ma ⁊ in materia, q: defectus in forma impedit ne act⁹ va leat secus in materia, ratio est q: maior est defect⁹ forme ꝙ̃ materie, q: forma est que dat esse rei. l. iulian⁹. §. sed et si qs. ff. ad exhibẽ. Scđa ratio est, q: qñ stipulatio vel ac-ceptilatio habet defectũ in forma: tunc vitium est in ipsa stipulatione vel acceptilatiõe, sed qñ est in materia: puta q: acceptilatio interponitur super obligatione iuregẽ-tium, defectus est extra ipsam rem, clarũ est ꝙ maius est vitium qđ est in seipso ꝙ̃ ꝙ est exterius in alia re. l. legẽ. C. de natu. limita istam cõclusionem Bar. ꝙ quãdo agiẽ de actu liberatorio si defectus est in materia si nõ vƺ eo modo quo agiẽ valet eo mõ quo põt ⁊c. ℂ Limita Bar. not. vt p̃cedat in actu mere liberatorio secus ergo est in trãsactione quia licet per trãsactionẽ inducaẽ liberatio a lite, tamen q: non potest fieri nisi aliquo dato vel retẽ-to. l. transactio. C. de transac. ⁊ sic transactio non est act⁹ mere liberatorius, ⁊ sic illa inutilis transactio nõ habet facere qđ act⁹ valeat p̃rout valere potest. tex. est in. l. si cã cognita: ⁊ ibi Bar. ⁊ alij. C. de transactio. ⁊ text. in. l. si qs suus. ⁊ ibi Bart. ⁊ Bal. ad hoc not. C. de repudi. heredi.
22 ℂ †Ultimo dũ Bart.ᵃ in vltimo membro concludit qđ quando est defectus in causa efficiente ⁊ sic in persona si non valet quod ago vt ago: valet vt valere potest. allegat not. in. l. multum interest. j. eodeƺ. ℂ Sed tu aduerte qđ no. per glo. ibi in verbo placet: ⁊ clarius Bart. probant totum oppositum: nam ibi actus qui peccat in causa effi cienti: idest in persona stipulatoris que stipulatur rem q̃ non est in suo commercio ibi stipulatio non valet eo mõ quo stipulatus est ⁊ si sic non valet in re nec etiã valet in estimatione: ⁊ sic si non valet ꝙ ago vt ago non valet vt valere potest: licet scribentes ibi dicãt secus esse in lega tis. ℂ Secundo dum Bart. allegat. l. quacunq ratione ff. de procura. inducas illum textum prout inducit Bar. in. d. l. an inutilis. ff. de accept. si acceptilatio sit facta per procuratorem non habentem mandatũ non valet: tamẽ valet tanq̃ pactum nudum de non petendo per dictã. l. quacũq rõne. Adde tu pro isto mẽbro meli⁹ facere text. in. c. primo post mediũ. de despõsa. impub. in. vj. ille text. melius probat istam vltimam conclusionem Bar. quam tex. per eos allegati. ℂ Ex isto vltimo membro Bar. in-fertur ad practicam quod si filiusfa. faciat testamentũ cũ consensu patris tale testamentũ non valet ex defectu cãe efficiẽtis. l. qui in potestate. ff. de testa. debet ergo valere eo modo quo potest ⁊ sic vt donatio causa mortis quã si liusfamil. potest facere patre consentiente. l. tam is. §. j. ff. de dona. causa mor. contrarium est verius ꝙ nõ valet etiam vt donatio causa mortis, duplici ratione. Prima quia requiritur quod pater specialiter ⁊ expresse cõsen tiat filio quod faciat donationẽ causa mortis, ⁊ licet con-sentiat ꝙ faciat testamentũ nõ sufficit: text. est in. l. filiusfa. §. sed etiam. ff. de dona. vbi est tex. valde not. Secũda est ratio: q: si valeret testamentum filijfa. cũ consensu pa

tris qđ non valet vt testamentũ propter defectum cause efficientis si valeret vt donatio fieret nimia digressio de vna specie ad aliã speciem: intellige verũ nisi in illo testa mento esset clausula codicillaris faciens expressam men tionem de donatione cã mortis: vt si non valet iure codi cillari valeat iure donationis cã mortis: q: isto casu quã do in clausula codicillari esset facta expressa mẽtio dona tionis cã mortis valeret vt donatio, secus si clausula co-dicillaris esset nimis generaliẽ posita puta si nõ vƺ vt te-stamentũ valeat omni meliori mõ ⁊ forma quo potest nõ valet vt donatio cã mortis, ẽm Bal. ⁊ alios in. l. seniũ. C. qui testa. fa. pos. cũ multis cõcor. ibi traditis per Alexã. et per ista remanet enucleata perfecte tota presens doc.
23 Bar. a capite vsq ad calcem nihil ꝑtermisso. ℂ † Expe-ditaᵇ doc. Bar. si bene consideras omnia mẽbra Bar. ex omnibus mẽbris Bart. facias vnam regulã affirmatiuã generalẽ q̃ semper p̃cedit nisi in vno casu, qđ semper et in omni materia si non valet qđ ago vt ago: semper valet vt valere potest. ita cõcludit Bar. hic in oĩbus membris suis: fallit in vno casu tantum, ad hanc regulã affirmati-uam tendunt multa que superius addidi ad Bar. cõfir-matur ista regula affirmatiua, q: semp debet fieri inter-pretatio vt actus poti⁹ valeat ꝙ̃ pereat. l. iij. ff. de test. mi li. c. abbate sane. de re iudi. in. vj. l. quoties in stipulationi bus. j. eo. Amplia istã generalẽ regulã vt p̃cedat etiam in voto, tex. habes no. in. c. quidã. ⁊ ibi Abb. ad hoc not. de cõuer. cõiu. Ista regula ẽm Bar. fallit vno casu tantũ, qñ peccatum est vel est defectus in forma, tunc si non va-let eo mõ quo agitur nõ valet etiã vt valere potest, ita lo quitur. d. l. nõ codicillum. ⁊ text. hic. ⁊. l. j. §. eum qui. ff. de cõsti. pe. l. an inutilis. ẽm cõem literã. ff. de accep. in prin. Ad istam fallentiã tendit tex. in. c. cũ super Abbatia. vbi canonistẽ ponunt istam materiã. de offi. deleg. q: est defe ctus in forma ⁊ in causa efficienti: ⁊ ad istã solã fallentiaƺ reducitur tota doc. Bar. ℂ Ultra Bart. limita in casu. l. si seru⁹ legatus. §. si alien⁹ seruus. ff. de le. j. de quo text. s. opportune dixi. ℂ Tertio limita i casu p̃ certo apud me multũ mirabili in hac materia. in. l. tutores. §. j. ff. de ad-mi. tut. per rõnem ibi assignatã per Bar. quã. s. retuli vl-tra Bar. ⁊ scribentes. ℂ Quarto limita in factis contra legem: q: si nõ valet qđ ago vt ago nõ valet etiã vt vale-re potest: ⁊ sic si nõ valet ꝙ fit cõtra legẽ nõ valet qđ est ci tra legem. c. dudum. de reb. eccle. nõ alie. in. vj. cle. j. eo. ti. per que iura ita precise dicit Bal. in. l. quecũq. in. j. colũ.
c C. de bo. que lib. ℂ Quinto limitaẽ in prorogatione iurif dictionis, q: si intẽdo prorogare vnam speciẽ iurisdictio nis que nõ est p̃rogabilis: vt est iurisdictio delegata, nõ valet etiam in specie quã poterã prorogare ⁊ sic tanq̃ iu risdictio ordinaria, ꝑpter defectũ consensus delegantis sine cuius consensu nõ potest prorogari: facit glo. ordi. in c. P. ⁊. G. in glo. ij. ⁊ pe. de offi. deleg. ⁊ ibi Abb. in. ij. col. no. ⁊ bene facit ad hoc tex. in. l. j. §. eum qui. ff. de ꝯsti. pec.
24 ita remanet perfecte expedita hec p̃sens doctrina. ℂ Iu
d xta predictaᵇ querit Barto. quid si fuerit iuratum super stipulatione inutili ⁊c. Adde ꝙ istam regulaƺ repetit se pe Bartol. qđ iuramentum habet vim clausule vt actus valeat omni meliori modo quo potest, tradit Bart. in. l. si quis in prin. test. in si. ff. de lega. iij. ⁊ in. l. si quis pro eo. in. viij. membro. ff. de fideiuſ. facit tex. in. c. quanto. §. si ve-ro. ⁊ ibi no. Abb. in. v. no. de iureiuran. ⁊ propterea alibi tenet Bart. in. l. si quis maior. C. de transa. qđ si in trans-actione apponatur iuramẽtum si non valet vt trãsactio valet vt pactum nudum vigore iuramenti: de quo ibi di-xi: ⁊ plenius hic per Are. ⁊ Ro. ⁊ Ange. in. d. l. si quis ma ior. ⁊ in. l. si vnus. §. acceptilatio. ff. de pac. ℂ Tu autem ad-uerte ꝙ Bar. non videtur bene allegasse ad propositum nostrũ. d. l. cũ pater. §. filius matrẽ. ff. de lega. ij. ⁊ cõfundi tur ex eo qđ dixit Bar. met. s. in. j. q. ad quẽ inducit text. nostrũ vbi dicit iste tex. bene facit p̃ illa. q. quia si p̃cedit istud in cõtractibus fortius in vltimis volũtatibus in q̃-bus fit latior interpretatio. ff. de reg. iur. l. in testamẽtis. sed Bart. hic arguit a ꝯ̃rio: q: l. cũ pater. §. filius matrẽ. loquiẽ in vltimis volũtatibus: ⁊ sic in materia magis fa-uorabili: ergo nõ bene arguit Bart. ad stipulationẽ que est stricti iuris: et sic arguit de tex. in materia fauorabili ad tex. materie minus fauorabilis: ⁊ sic ẽm istam decisio. Bar. habes no. extensionẽ ad. §. filius matrẽ. vt non solũ p̃cedat in vltimis volũtatib⁹: sed etiã in stipulatione. nisi diceres ꝙ loquiẽ in materia iuramenti q̃ est fauorabilis, ẽm Bar. ⁊ oẽs in auẽ. sacramẽta. C. si aduer. vẽ. Secũdo

accep. ⁊ p̃rimũ mẽbrũ põt q̃si de-duci ad illõ de quo hic p Bart. qñ est defect⁹ forme q̃ dat esse rei. l. iu lianus. §. q̃ tuƺ. ff. ad ex hi. secus qñ est defect⁹ materie q̃ tunc min⁹ peccatũ. d. l. an inutilis.

ℂ Quito li mita ⁊c. Ad uerte ꝙ põt sexto loco no. limitari vt p glo. i. c. nup. de do. i ter. vi. ⁊ vxo. vt nõ proce dat vbi v̓sa reẽ fauor do tis vt valeat put valere põt: q: tunc p̃cedit reg. affirmatiua p quẽ text. ꝯiuncta gl. talia de qui bus ibi per eũ: ita limi-tat bal. no. i suo trac. de dote. in. lvj. ꝯ̃pali primi mẽbri p̓uile gior dotis.

d ℂ Iuxta p̃ dicta ⁊c. ad istam mate riam vltra doc. hic viõ Pe. õ anc. i repe. c. cum contingat. chart. xxx-viij. de iure iu. ⁊ ibidem per Io. de imo. ⁊ p mo der. aliqd p matthe. sno no. lvj. icip. no. hanc re gulã. p alex. ꝯ̃si. iij. colũ. iiij. in. j. vol. ⁊ ꝯ̃si. liij. per totuƺ. in. iij. vo. vide an to. con. lƺ p̃ dicta nõ al leget i repe. rub. de iure iu. i. xxx. pri uileg. iura menti.

contra Bar. vel facere. nam stipulatio inutilis nō vz etiā vt pactum nudū: q: deficit consensus. tex. est in. l. an inu-
25 tilis. in pn. de accep. † modo sic vbicūq; actus deficit ratione ɔsensus iuramentū interpositū sup eo nihil operatur. tex. est in. l. fi. C. de nō nume. pecu. respōde sustinēdo Bar. φ stipulatio inutilis nō vz ēt vt pactū, nō q: deficiat consensus: q: argumentū militaret, sed ppter ɔsensum precisum ꝛ limitatū ad solam stipulationez, put dixi in tex. ꝛ dicit formaliter tex. in. l. j. §. eum qui. ff. de consti. pe. Isto casu si interponaꝛ iuramentū vz in vim pacti nudi ppter iuramētū: q: iuramētū operaꝛ vt iurās nō videatur se restringere solūmodo ad stipulationē sed ad quēcūq; actū vt valeat eo modo quo valere poterit. Tertio considera qđ Bal. in. c. cum cōtingat, in septima conclusione. de iureiu. videtur in proposito vti aliquibus vbis
26 que videnꝛ ɔtrariari Bart. dicit ibi Bal. formaliter, † φ vbicūq; deficit solennitas ꝑs formalis ibi iuramētū nullo modo supplet. p. l. j. §. euz qui. eo q: forma dat esse rei, vt dixi. vñ solennitas intrinseca nō suppletur iuramēto, vt dicit ibi Bal. sed respōde φ Bart. vult φ stipulatio ipsa que est inutilis ipsa nō conualidetur p iuramentum nec istud negat ipse Bar. hic: sed bñ dicit φ si nō vz vt stipu-
27 latio vz eo mō quo pōt. † Ultimo circa istā. q. de iuramento adde φ sicut iuramentū illud hz effectum notabilem vt actus valeat eo meliori mō quo pōt: istud idez est in dispositiōe pr̄is inter suos liberos in q̄ semp itelligiꝛ clausula vt valeat act⁹ oī meliori mō ꝛ via quo pōt: ō hoc est no. gl. i. l. coheredi. §. cū filie. i vb. nō valuit. ff. de vulg. quā Jo. de imo. ibi: ad hoc multū no. cū concor. quas ibi
28 dixit, hic nō repeto. † Postremo pro cōplemento istius §. querit Bar. de vna qōne p quā limitaꝛ doctrina supra dicta de instrumēto guarētigie: quid sit guarētigia seu guarētare: habes tex. in. c. j. §. si aūt iter pares. de. l. ɔradi. in vsi. feud. ꝛ Veneti dio me guarēta la psona. nā guarentare. i. firmare ꝛ obseruare. instrumētū guarētigie est instrumentū firmitatis ꝛ obseruatū. Et fit instrumentum guarentigie isto modo, pone partes sunt in ɔcordia ꝛ dicunt eamus ad notariū nā oēs notarij habēt iurisdictionem volūtariā ꝛ sunt iudices chartularij. glos. in. l. j. ff. de iudi. l. fin. C. vbi ꝛ apud quē. nā q creant notarios creant iudices, ꝛ vnus dicit notario facias instrumentū qđ ego cōfiteor me esse debitorē talis, ꝛ creditor acceptat confessionez, ꝛ notarius facit instrumentū q: talis est cōfessus se debere decem corā me tali. ego notarius iubeo ꝛ precipio sibi qđ det tali decē intra tale tēpus. s. determinatū a partibus ꝛc. ꝛ sic instrumentū guarētigie est, qđ hz preceptum notarij incōfessum de soluēdo: ꝛ vba Bar. sunt obscura ꝛ intricata lz Pau. de ca. dicat se declarare verba Bar. sz nihil est, ꝛ dicit φ intellexit Bar. ꝛ non alij, deus scit qui intellexit. Ego vt explicē bene istaz vltimā. q. Bar. ꝛ oia que sup ea dixi, ɔsidero ex dictis Bar. colligi tres decisiones principales. Una de principali decisiōe. Scđa de illatione quā facit Bar. ex decisione, dū dicit et ideo. Tertia est de limitatione dū ponit limitationē. Et bene explanetur vltima decisio Bar. colligo tres conclu-
29 siones. † Prima q: qñ stipulatio inutilis interponiꝛ sup aliquo facto non tēdente sui natura in spē alicui⁹ ɔctus tunc q: stipulatio peccat in forma ꝛ agiꝛ de obligatione ɔbenda si nō valet qđ ago vt ago nō valet etiā vt valere pōt. ad hoc Bar. ponit duplex exemplū. Primū qñ promittiꝛ ex mera liberalitate ꝛ crediꝛ non debitū: ꝛ promittit aio donandi. alle. Bar. tex. in. l. j. §. eum qui. ff. de cōsti. pecu. licet scribētes trāseant cum Bar. tñ Bar. videtur seipsum cōfundere. primo in exēplo qđ ponit qñ promittiꝛ ex mera liberalitate. scđo ex. l. quā allegat in. l. j. §. eum qui. Circa primum exemplū Bar. qñ pmissio fit ex mera liberalitate ibi est donatio, sed donatio est ɔctus spālis ꝛ nominatus ꝛ pacto nudo pducit actionē. l. si qs argētū. §. fi. C. de dona. ꝯm gl. Bar. ꝛ doct. in. l. iuregētiū. in pnc. ff. de pac. ꝛ in. l. fi. ff. de ɔdi. ob cām. ergo isto casu stipulatio interponiꝛ super ɔctu formato ꝛ obligatorio: ergo est idem quod in alio secundo casu: ergo Bart. seipsum cōfundit, presertim cum hodie ita oriaꝛ actio ex pacto nudo de donādo sicut ex stipulatione, vigore. l. si quis argētum. C. de dona. ꝛ ꝯm gl. ꝛ Bar. in. d. l. iurisgentiū. in pnc. ꝛ in. d. l. fi. ff. de cōdi. ob causā sustinendo Bar. aduerte, φ qñ expresse dono: ꝛ sic donatio est facta specifice ꝛ de p se: tunc stipulatio inutilis sup isto ɔctu donationis specifice formato interposita nō impediret actionē oriri ex isto ɔctu donationis: ꝛ ita loquiꝛ Barto. in scđo casu: sed

Bart. hic in primo casu loquiꝛ non qñ specifice donauit: sed solum qñ est facta stipulatio inutilis simpliciter quo casu censeꝛ facta ex mera liberalitate: vt declarat Bar. i l. ij. §. j. post glo. ibi. ff. de excep. do. ꝛ nō est ista species cōtractus in se stipulatio cū peccet in forma ꝛ tractetur de obligatione ɔbēda vnde nō valet etiā vt valere pōt. Cōfirmaꝛ q: ex donatione psumpta: vt in casu isto Bart. nō habet locū. d. l. si qs argētū. q: sequerenꝛ due impropriętates quod psumaꝛ donatio ꝛ qđ ex pacto nudo agatur: et sic daretur actio ex pacto nudo: vt firmat Bar. in. l. iuregentium. §. qnimo. in. ij. colū. ff. de pac. cū ɔcordātibus ibi traditis. vel secūdo posset intelligi Bar. quādo stipulatio inutilis fuit facta expressa causa donationis: puta pmittis centū ex cā donationis tu annuis capite isto casu nō valeret etiā vt pactū nudū: q: stipulatio peccat in forma: tutius tamē est precedens exemplum vt declaraui. Secūdo inquantū Bart. allegat pro isto primo casu tex. in. l. j. §. eū qui. ff. de cōsti. pecu. Bar. videꝛ inepte allegare, nā allegat qñ stipulatio inutilis interponiꝛ sup facto nō cadente in speciē vel formā sui natura ɔctus: videtur istud male dictū ex quo ibi cōstitutum φ est ɔtract⁹ noīatus ꝛ obligatorius. q: habet nomē elegans et parit actionem. §. de constituta. insti. de actio. declarat Bart. in. l. iurisgentium. §. igiꝛ nuda. ff. de pac. ergo male allegat Bar. φ ibi fuit stipulatio interposita sup actu nō cadēte in speciē ɔctus. breuiter tex. ibi clare dicit φ partes volebant stipulari ꝛ nō cōstituere ꝛ sic nō animo ɔstituētis sed pmittendi: ꝛ sic fuissent due forme separate vna stipulationis inutilis altera ɔstituti que nō impedissent oriri ɔctum: ita Bal. in. l. si absentis. C. si cer. peta. Scđa
30 principalis ɔclusio Bar. est † φ qñ in instr̄o nō ɔtinetur mutuū esse ɔctū sed sola cōfessio mutui, nō potest agi ex instr̄o. i. ex ɔctu mutui nec ex stipulatione: sed agitur certi condictione, ex mutuo φ pbabitur ex illa cōfessione. Pau. ō cast. dicit φ istud dictū Bar. est extra propositū sed est no. Tu dic φ imo est ad ppositum, et Bart. ponit illatiue: ꝛ sic infert ad propositum de stipulatiōe inutili. ꝛ qđ Bar. loquaꝛ in ista illatione de stipulatione inutili. ita eum intelligunt ꝛ declarant Ange. Jmo. ꝛ Alexan. ꝛ Are. hic: ꝛ licet aliter non declarent quid velit Bart. ex ista illatione. Tu attēde q: posses dicere, si Bart. loquiꝛ in stipulatiōe inutili φ dubiū hz id qđ dicit Bart. φ agi non pōt ex stipulatione inutili: dic declarando mentem Bar. quā doc. nō declarāt. φ ista fuit pprie intētio Bar. nam ex quo stipulatio erat inutilis et interponebaꝛ sup facto nō cadēte in speciē ɔctus: q: instr̄m nō dicebat mutuū esse ɔctum sed solū cōtinebat nudā ɔfessionē mutui: videbaꝛ ergo dicendū φ nō cadebat sup mutuo sed sup cōfessione. Bar. tñ dicit ɔriū, φ non obstāte stipulatione inutili ageꝛ certi ɔdictione ex mutuo, et q̄uis instr̄m nō ɔtineat ɔctum mutui esse ɔctu, tñ ex ɔfessione instrumē tali ageꝛ certi ɔdictione ad mutuū: vt dicit Bart. hic: lz ɔriū videaꝛ dicendū. put. s. pxime dictū est, lz doc. non tangant, est verū qđ Bar. presupponit, pcedere libellum in quo peto centū ex cā mutui et pduco instr̄m continēs solam cōfessionē mutui, q̄uis Jo. an. in addi. Spe. in tit. de mutuo. §. j. in ver. sed pone, videaꝛ tenere ɔriū. Sz q: ista questio in terminis ꝛ ordinarie examinaꝛ p Bart. in l. certi ɔdictio. §. si nūmos. ff. si cer. pe. vbi dixi aliqñ ordinarie et habetis per ordinarios vestros ideo omitto.
31 † Tertio principaliter vult Bar. φ predicta forte nō pcederēt qñ ex forma statuti instr̄a guarentigiata haberent vim sententie. Pau. de ca. hic declarat Bar. q: verba Bar. sunt obscura: nā Pau. de ca. dicit φ ista vltima limitatio est restringēda ad pxime dictuz de mutuo, vñ si statutū diceret φ instr̄a mutui mittanꝛ executioni, tūc propter statutū instr̄m mittetur executioni ita intelligit Pau. de ca. Bar. sed errat, q: Bart. limitat prin. deci. de stipulatione inutili et vult φ ex stipulatiōe inutili posset exequi via executiua ppter instr̄m guarētigiatū: ita intelligit Bar. Ange. ꝛ Jmo. ꝛ sic ipse Pau. non bene intellexit Bar. lz ipse dicat φ alij doc. parū pcipiāt de mēte Bar. q: nō declarāt qd voluerit Bar. ꝛ φ ipse bene declarat: videamus qd voluerit dicere Bar. dū dicit φ verba istius statuti debent diligenter inspici, ita pūctus est videre q̄ fuerit eius intentio a. Ange. Jmo. Alex. ꝛ Are. hic dum dicunt mentem Bar. fuisse qđ aut statutum seu verba statuti disponunt circa instrumentum. aut verba statuti disponunt circa ɔctus contentos in instrumēto. Primo casu quādo statutū disponit circa instrumentū puta quia

a Intētio. intellige sic Bartol. ꝯm Bal. in. l. sicut. C. de re pe. here. circa pn. vbi dicit φ i istr̄o guarētigia to nō requiritur cā cuz sit ibi precepṫū iudicis chartularij factū in cōfessuz qđ videꝛ factū in iudicio ꝛ ita dicit notare Cy. i. l. j. de ɔf. vñ succedit qđ ex ɔfessione iudiciali oriꝛ actio gl. in l. sed si possessori. §. itē si iurauero. ff. ō iureiu. lz secꝰ sit i extraiudiciali vt. l. publ. in fi. ff. ō po.

puta qr dicit, qd instrumentũ mãdet executioni vigore guarẽ
tigie: tũc licet cõtractus in eo celebrat⁹ sit inutilis tñ instru-
mẽtũ debebit mãdari executiõi. l. cũ putarẽ. ff. fami. her. saut v-
ba statuti disponũt circa ɔtract⁹ ɔtẽtos in instrõ. vt hic p eos:
no. Bar. in. l. diu⁹. p illũ tex. ff. de testa. mili. ⁊ in. l. i. §. et parui.
ff. qd vi aut clam. Ita declarãt scribẽtes mentẽ Bar. puto qd
alia fuerit intẽtio Bar. quãdo dicit qd verba talis statuti sunt
diligẽter inspiciẽda ⁊c. credo Bar. velle dicere, qd aut vba sta
tuti circa istrm gaurẽtigie executiuũ excludũt oẽs exceptionẽ
cuiuscũq; nullitatis: ⁊ tũc ẽt ex ɔtractu inutili poterit intẽtari
via executiua statuti: secus quando verba statuti non expres-
se excluderẽt oẽm exceptionẽ nullitatis: ideo diligenter atten
denda sunt vba statuti istã credo fuisse mẽtez Bar. ⁊ ita Bar.
intellexisse vba statuti. Sed cõtra deci. Bart. quo cũq; mõ in-
39 d.l.⁊ si post tres.circa mediū.† Nūc videndū est que sit ratio diuersitatis inter iudicia ⁊ cōtractus,⁊ consequēter inter stipulationes iudiciales ⁊ cōuentionales que in cōtractibus appenūtur.Dic rōnē diuersitatis esse,quia stipulationes iudiciales et pretorie interponuntur ex necessitate q: extorquentur ab inuitis:ita dicit gl.in.l.j.in prin.in v̄.cautionales.ff.de preto.stip.sʒ cōuentionales seu extraiudiciales interpounnt volūtarie.ergo succedit regula qd lex magis succurrat faciēti actū ex necessitate quā ex volūtate,text.est in.l.si fideiussor.§.si necessaria.ff.qui satis.cog.⁊ sic licet Bar.⁊ scribentes nō assignant rōnē ego assigno in omni membro.¶ Sed aduerte tu prouecte,lʒ oēs trāseant cum ista solu.Bar.certe videt ꝙ ista solu.Bar.⁊ cōmunis eodē modo reprehendatur quo Bar.reprehēdit solutionem Petri. Nam Bar.vult,qd in preparatorijs iudiciorum et consequēter in stipulatiōe de iudicio sisti si stipulatio sit impleta in parte nō cōmittitur pena in totū in effectu quia obstat exceptio,istud videtur cōtra tex.in.l.si is qui ducēta.§.cum ita.⁊.§.vtrū.vbi text. loquitur de sistēdo seruos sicut in.d.l.si seruus.§.si pluriū.⁊ tamen decidit si non sistit vnū ⁊ omnes alios sistat incidit in penā totam.ergo de directo cōtra solutionē Bar.⁊ cōem.Et si dicas Bar.rñdet,ꝙ text.in illa.l.si is qui ducēta.§.cū ita.⁊.§.vtrū lo

a ¶ Successiue. Ad istā materiā. vide eūdē autorē i.l.ij.§. ex his. col. iij.⁊ vt. s.e. tit.⁊.j.i.j.q. bar.col.iiij. cū seq.ad h' vid oino ange.i ꝯsi.suo cccxxvj. ici. ex themate ⁊ dictis acti tatis ⁊c.i.ij. co.v.sup q̄r to magnū ē dubiū.et ē i ij.pte q̄ numero ꝯsilio rū ꝯiungit cū pria ⁊ ibi ēt ponit qd sit diuiduū qd ⁊ indiuiduum.

quitur in contractibus, et consequenter extraiudicialibus. tex. no. in. l. si seruus. §. si pluriu. loquitur de preparatorijs iudiciorum: certe ista solutio non videtur posse procedere: quia vterque tex. loquitur de sistendo seruos sub pena, vnde dicit ex §. si pluriu. loquitur de sistendo: et sic in preparatorijs. et tex. in. §. cu ita. loquitur in contractibus: ista solutio facit violentia ad vtruque tex. Et si diceres defendendo Bar. put Bar. voluit dicere quod tex. i. §. si pluriu. expresse loquitur de seruis sistendis in iudicio, hoc est verissimu: sed tex. in. l. si is qui ducenta. §. cu ita. loquitur de seruis sistendis simpliciter et non dixit in iudicio. et istud est veru. Et sic vnus tex. loquitur de seruis sistendis in iudicio expresse alius de seruis sistendis simpliciter puta in domo, vnde intellexit illu tex. in contractibus extraiudicialibus. i. de sistendo extra iudicium puta in domo stipulatoris. ista sol. Bar. no videtur isto modo posse defendi: quia qn fit mentio in lege de sistendo seruos simpliciter, intelligitur in iudicio tex. est in. l. quoties quis. in prin. ff. e. ita habes ibi tex. iuncta gl. j. ergo similiter intelligemus in. §. cu ita. sed caue, quia rub. ff. si qs cautio. sub qua est positus. §. si pluriu. dicit. si qs cau. in iud. sistendi causa factis pondera quod etia in rub. expresse dicitur iudicio sistendi causa factis: ergo apparet ex rub. quod pmissio de sistendo no intelligatur in iudicio nisi exprimatur. Scdo contra solu. Bar. et ratione facit: quia fm ista solu. Bart. et coem est necesse restringere istu tex. dum loquitur in stipulatione de rato. vt intelligatur etiam interposita in contractibus et consequenter extra iudiciu: vnde non pcederet qn stipulatio de rato esset interposita circa preparatoria iudiciorum: puta quia procurator comparet in princi. litis et sibi opponitur quod no est pcurator ipse pmittit de rato. i. qd dns habebit ratu. sed ista esset magna restrictio ad istu tex. Tertio contra sol. Bar. et coem facit fortiter, quia in decisorijs lex magis fauet pmissori qua in pparatorijs. patet quia in decisorijs lex statuit qd fauorabiliores simus ad absoluendu qua ad condenandum. c. ex literis. de pba. l. arriani. C. de here. regula fauorabiliores. de regu. iur. glo. et Bar. in. l. de die. ff. qui satis. cog. ergo sol. Bart. et cois no videtur pcedere. vnde pro habenda veritate istorum iurium aduerte quod quantu ad istu text. et. l. si seruus. §. si pluriu. mihi videtur plana et vera so. Pet. nec Bar. negat quod iste tex. loquatur qn vnum factu diuiduum est in obligatione qn aliquis pmittit amplius no agere: vel rem rata haberi sed. l. contraria. loquitur qn plura facta copulatiue sunt in obligatione: quia qs promisit sistere plures seruos ratio diuersitatis. quia qn plura sunt facta censentur in effectu plures obligationes. l. scire debemus. ff. eo. ideo lex facilius dispensat si contraueniatur in vna pena comittatur in illa parte tm in qua contrauentu est: secus qn est obligatio vnius facti, patet in isto tex. qn principalis pmissor facti diuidui contrauenit in pte comittitur in totu. sec⁹ contra eius heredes quia si contraueniut in vna parte in illa sola parte pena comittitur. Sed tota difficultas est concordare. §. si pluriu. cu. §. cu ita. ff. de reb. dub. p quę tex. Bar. reprehendit sol. Pe. attento maxime quia vterque tex. loquitur de stipulatione de sistendo et de sistendo plures seruos. et si diceres prout dicebat Pe. qd vnus tex. declaratur per alteru quia pena comittitur mero iure in totu de rigore sz obstat exceptio secus de equitate. ista sol. confunditur ex multis. Primo p tex. in. d. §. cu ita. qui dicit nec dubitamus quin oes sisti oporteat verbu oporteat importat necessitate fm Bar. in. l. j. ff. de iusti. et iur. Scdo quia dicere quod vnus tex. pcedat de rigore alius procedat de equitate no est aliud dicere nisi qd vnus corrigat alteru, prout dicit tex. in. l. cotem ferro. §. qui maximos. de publi. et vecti. sed legu correctio est euitada iuribus vulgaribus. l. vnica. C. de inoffic. doti. l. precipimus. C. de appel. Preterea dicere vna pcedit de rigore alia de equitate esset imponere legem verbis, put in simili dicit Bar. in. l. ij. §. ite si in facto. ff. eo. augetur difficultas quia tex. in. §. si pluriu. dicit quod vna fuit stipulatio pluriu seruorum sub pena. ita ibi dicit text. in verbo vna stipulatione. et tame vna fuit stipulatio si vnus solus sistatur pena in totu no comittitur cu effectu quia obstat exceptio. ergo fortius istud deberet dici in. §. cu ita. vbi plures serui sistendi fuerunt separatim noiati. s. pmisit sistere dammam et stichum ergo plures stipulationes deberet censeri. l. j. §. si stipulanti. ff. eo. l. scire debemus. ff. eo. ergo sistendo vnu deberet pro illo pena euadere, et tm tex. in. §. cu ita. dicit quod pena in totum comittitur, quo concordabimus ista duo iura. Ego considerabam posse nouiter concordari ista duo iura hoc modo, quod tex. in. d. §. si pluriu. clare et ad litera loquatur qn quis pure pmisit plures seruos sistere sub pena. sed text. in. §. cum ita. expresse loquitur qn pmisit sub coditione si stichu serote et damam no sistam promitto pena, vnde cu habeamus qd coditio sit multu precisa et debeat impleri in forma specifica. l. q heredi. et. l. menius. ff. de coditio. et demo. ppterea cdi. io ot indiuidua. l. cui fundus. ff. de condi. et demon. si sistat oes preter vnu incidit in pena in totum. ita loquitur tex. in. d. §. cu ita. ista vr vera sol. ad ista iura no cauillando put facit Bar. et credo ista esse mera veritate per ista sit

a ¶ In. j. q. vide q dicuntur et addita sut. ff. eo. v. prece. §. successiue in quantum.

40 expedita decima opposi. bar. ¶ † In vndecima et vltima opp. Bar. aduerte circa intellectum. c. suam. de penis. vbi tex. loquitur in snia arbitri codemnantis ad dandu sub pena. p contrauentione partis no comittitur in totu pena. vr esse de directo contra tex. in. l. seq. §. fi. et in. l. in executione. §. pe. ff. eo. Bar. hic et clarius in. l. seq. §. fi. ad fi. et in. d. l. si seruus. §. si pluriu. in vlti. col. vr velle quod ille tex. procedat de equitate canonica: et consequenter qd aliud sit de iure canonico aliud de iure ciuili. mihi nullatenus plz inducere diuersitate iter ius ciuile et ius canonicu. c. j. et. ij. de ope. no. nu. Et ideo licet scribetes coiter transeant cu ista sol. Bart. mihi vr quod nullo modo ista diuersitas sit inducenda: vn dico, qd in illo capitulo sua: quinque concurrebant propter que procedit ille tex. primo, ibi in laudo arbitri erat apposita pena nimis excessiua, et istud solu ponderat Rapha. cu. in cosil. Abb. incip. facta fuit queda trasactio, ad scdo, ibi pars sortis soluta excedebat tota pena. tertio, ibi illi clerici quasi totu debitu principale psoluerant: et istud solu pouderat ibi Abb. in scdo no quarto. ibi loquitur in psonis religiosis seu ecclesiasticis vt ptz ibi in text. du dicit: quia igitur te no decet in tantu pontificalis et quinto, quia ibi pars ppter moram no erat passa damnu: vt dicit ibi tex. inhonestis questibus cu aliena iactura locupletari: ex istis gnque ibi cocurretibus in illo tex. admittitur purgatio more vt soluedo residuu sortis euadat pena: iste est casus. c. sua. de penis. et isto mo no contradicet legib⁹ iuris ciuilis nec isto modo inducetur discordia inter ius ciuile et canonicu. Expeditis. xj. opp. Bar. Bar. format septe principales qones q sunt de ppria materia istius. §.

41 ¶ † In prima. q.[a] Bar. qn principalis stipulatio est de facto diuiduo puta amplius no agi, re rata habe. deinde subijcitur stipulatio penalis facti indiuidui: puta iter fieri. si mortuo pmissore vnus heredu pmissoris contrafaciat principali pmissioni amplius non agi egit pro parte sua, an stipulatio penalis comittatur tantu p parte sua: an vero insolidu effectualiter ad tota pena, aduertatis in primis qd Bar. qn ponit exemplu de pena facti indiuidui expresse ponit exeplu iter fieri: ergo capit iter fieri p mero facto no pro seruitute put tenuit in prin. huius. §. continuando eu: et ita ego tenui. quauis Imo. et Are. intelligat Bar. loqui quod ex missio noie pene fuerit pmissio seruitutis no meri facti et iter fieri importet seruitute: et sic Bart. inepte loqueretur: sed pone clarius exeplu sub pena quod p me nec cos stabit quominus liceat ire agere. l. ij. §. ite si in facto. ff. e. sub tilis Pe. tenet quod pena comittitur pro parte illius tatu heredis q contrafecit: quia licet pena sit indiuidua: et non possit comitti p parte: quin comittatur in totu effectualiter, tm no comittitur nisi p parte: quia actor debet dare estimatione p parte coheredu. l. lege falcidia interueniete. ff. ad. l. falc. licet sup isto Bar. relinquat sub dubio: tm Alexander Aret. tenet ista opi. Pet. ista ratione: quia stipulatio amplius non agi est diuidua: quia diuidetur inter heredes. l. ea que. C. fa. her. ergo vnus heredu qui egit pro parte no debet pati penam nisi pro parte in qua deliquit. l. sancimus. C. de pe. l. rescriptum. ff. de his quib⁹ vt indig. breuiter contrariu tenent Ange. et Imo. hic et melius, bndictus deus. Quod imo pena comittatur insolidu et effectualiter contra herede qui contrafecit ex cuius culpa pena que est indiuidua in totu comittatur per tex. in. l. in comodato. §. si ex facto. ff. como, licz obligatio trahat origine a defuncto. l. in deposi. et. l. si duo. ff. deposi. et sic licet heres non representet defunctum nisi pro parte pro qua succedit. l. ij. §. fi. vbi glos. ff. de preto. stipu. nec est veru qd isto casu actor debeat ei offerre estimatione p parte coheredu ex quo pena comittitur culpa ipsius heredis. tex. est in. l. falcidia interueniente. ff. ad lege falcid. quia ibi no interuenit aliqua culpa ipsius heredis. Et sic non obstat fundamentu Alexa. et Aret. quia imo heres dicitur deliquisse in totum ex quo per eius contrauentione pena que est indiuidua in totum comittitur, et ista scda pars plus placet. Sed difficultas est in intelligedo q. Bar. sue intelligam quod pena sit indiuidua puta iter fieri esset pena seruitutis quod itaede, put intelligunt Bar. Jo. de imol. et Aretinus siue intelligamus penam iter fieri fit meri facti, vt intellexisse videtur Bart. quomodocuque intelligatur stat difficultas quomodo ille heres solus qui contrauenit quomodo poterit prestare seruitute insolidum et sic imponere seruitutem in fundo comuni, isto modo culpa vnius heredis noceret coheredibus vt cogatur cstituere seruitute in fundo comuni contra regula. l. per fundu. ff. de serui. rusti. predio. et. l. heredes. §. an ea. ff. fami. herci. responde, quod quando coheredes vellent cosentire in constituenda seruitute recepto pretio p eorum parte res esset plana, quia vt dicit Bar. actor tenetur dare estimatione p parte coheredu, sed qn coheredes contradicerent et nollet pati etia recepto pretio isto casu heres qui contrafacit tenetur insolidu ad estimationem seu interesse totius seruitutis vel facti put est tex.

42 in. l. ij. §. ex his. ff. e. et. l. heredes. §. an ea. ff. fa. her. ¶ Vltimo posset dubitari quare Barto. omisit casum qn stipulationi dandi esset

apposita pena facti diuidui; prout dubitauit quādo talis pena
apponitur facto diuiduo: responde ꝙ Barto. omisit istū casum
q: erat de indubitabili quia qñ obligationi dādi apponitur pe
na consistens in quantitate pecunie ⁊ sic diuisibilis, vno cōtrafa
ciente pena cōmittitur contra omnes. l. sc. §. fi. ī. eo. ⁊. l. in execu
tione. §. pe. ī. e. ergo si cōmittitur quādo est penitus diuidua pe
na cōtra omnes multomagis si pena fuisset indiuidua cōmissa
fuisset contra omnes, ideo istud querere fuisset de indubitabili.
43 ¶ † In scda. q. Bar. ex eius dictis habeo colligere quinqꝫ princi
pales cōclusiones qbus clare ⁊ vere expeditis eritis clari de di
ctis Bar. prima conclusio est, ꝙ stipulatio de defendēdo in vna
actione est indiuidua, ⁊ in hoc ꝯcordat Bar. cum Pe. scda not.
cōclusio est ⁊ multū signāda, ꝙ in qualibet stipulatiōe ꝑtoria si
ue contineat donationem siue factū diuiduum vel indiuiduū si
ue possit per aliū explicari siue non semp ⁊ indistincte pena ⁊ in
teresse cōmittatur contra eū tantū qui contrafecit, ⁊ hoc ꝓpter
equitatē pretoriā. Ex ista cōclusione habes duas pulchras limi
tationes, vnā ad istum tex. in ver. ab oībus, vt procedat in stipu
lationibus conuentionalibus ⁊ stricti iuris: vnde non procede
ret in stipulatiōibus pretorijs cōtinentibus factuz indiuiduū:
scda no. limitatio est ad. l. seq. §. fi. ⁊. l. in executione. §. pe. ī. e. vbi
in stipulatione dandi si vnus heredum contrauenia t pena com
mittitur cōtra omnes, non procedit in pretorijs stipulationibꝰ
que continerent dationem. tertia est conclusio, quod tex. in. l. pe
nales. §. iul. ff. ad. l. fal. loquitur quando in stipulatione de defen
dendo erat apposita pena. quarta conclusio est quā Bart. con
ditionaliter ponit, ꝙ stipulatio rem ratā haberi de qua loqui
tur iste tex. si esset pretoria loquitur cōditionaliter ⁊ non ponit
an sit pretoria vel non. quinta ⁊ vltima conclusio Bar. est, quod
text. in. l. cū ex causa. ī. e. loquitur de stipulatione duple que non
est pretoria sed ꝯuentionalis: istis quinqꝫ cōclusionibꝰ breuiter
enucleatis remanebit bene enucleata tota q̄stio Bar. ¶ Circa
primā conclusionē, ꝙ stipulatio de defendēdo super vna actiōe
est indiuidua, in qua vt dixi Bar. cōcordat cū Pe. cū ista cōclu
sione trāseunt cōiter scribentes hic. solus Rapha. cu. in pe. col.
de quo alij mentionē nō faciunt, tenet de directo contrariū, qđ
imo stipulatio de defendendo sit diuidua: ⁊ probat sic: quia sicut
stipulatio amplius agi vel non agi est diuidua: vt hoc tex. eodē
modo stipulatio de defendēdo debet dici diuidua: quia iste due
sunt correlatiue, ⁊ in correlatiuis etiā in materia penali ⁊ odio
sa debet esse eadem dispositio. l. fi. C. de indi. vidui. tol. vbi aliqñ
dixi. l. j. de cupres. li. x. C. nā agere ⁊ defendere sunt correlatiua, si
nō esset qui ageret nō esset qui defenderet: ⁊ vnum nō pōt stare
sine alio. scdo, q: sicut potest pro parte agi ita pōt pro parte de
fendi, ergo sicut prima est diuidua ista ratione: ita secūda est di
uidua: nec ob. l. cū ex causa. ī. eo. vbi stipulatio de defendēdo est
indiuidua: ⁊ si vnus nō defendat alij vero sic, est tñ cōmissa pena
quo ad oēs. respondet Rapha. cu. qđ istud nō est ex natura de
fensionis: sed ex natura rei empte: q: emens non emeret ꝓ par
te q: esset in cōmunione que solet parere discordiā. l. cū pater. §.
dulcissimis. ff. de leg. ij. ⁊ sic infert, si stipulatio amplius non agi
esset interposita in cōtractu emptionis esset indiuidua. Cōfir
ma opi. Rapha. cu. per id ꝙ dicebat Pe. hic iura ꝓcedunt per
punctū iuris ⁊c. tunc sic data paritate terminorū puta q: ambo
interponuntur super re diuidua non pōt reddi ratio diuersita
tis: ergo idē debemus iudicare in vtraqꝫ. tene cōclusionē Bar.
per iura que allegat Bar. scdo, quia agere ⁊ defendere non sunt
correlatiua: q: vnū potest stare sine altero: quia vnus pōt age
re: ⁊ tamen nō esset qui defenderet: nā correlatiua sunt que non
possunt stare vnū sine altero, pater et filius sunt correlatiua, itē
dominus ⁊ seruus. pater presupponit filium ⁊ vnū non pōt esse
sine altero: dñs presupponit seruum ⁊c. ⁊ nō potest esse dñs sine
seruo, ideo agere ⁊ defendere nō erunt correlatiua, quia vnum
potest stare sine altero. secūdo non ob. questio Rapha. cu. sicut
stipulatio amplius nō agi est diuidua ita ⁊c. quia Bar. assignat
rationem nam stipulatio de defendendo est indiuidua quia nō
affert tantā vtilitatem in parte respectu partis quantū afferret
in toto respectu totius. l. in executiōe. §. pro parte. ī. eo. secus in
stipulatione amplius nō agi, q: si vnus agit in parte non dam
nificat nisi in illa parte ideo est diuidua. ¶ Circa secundam cō
44 clusionem Bar. dum ponit generalem regulam † qđ in quali
bet stipulatione pretoria siue dandi siue faciendi siue cōsistat in
facto diuiduo siue indiuiduo siue possit explicari per vnum siue
nō, vno contrauenien te ille solus incidit in penam: istam cōclu
sionē firmat Bart. per duo iura per. l. penales. §. iul. ff. ad. l. falci.
scdo per. l. ij. §. incertā. de ꝑto. stipu. Rapha. cu. ⁊ Are. hic tenēt
cōtra istam conclusionē per aliqua qbus rñdet Alex. et Mod.
senen. hic, sed quia nihil habēt dignū relatione: ideo omitto re
ferre. Ultra eos pro ista conclusione Bar. quā Bar. vř adinue
nisse: adde gl. ordi. in. l. inter coheredes. §. si quis stipulatus. in
gl. fi. in verbo petitum. ff. fa. her. que dicit hoc in pretorijs stipu
45 lationibus. per. l. penales. §. iulianus. ¶ † Scdo adde inquātū
Bar. vult esse differētiam inter stipulationes pretorias indiui
duas ⁊ stipulationes cōuentionales indiuiduas, vt in pretorijs
vno heredū cōtrauueniente pena cōmittat̃ cōtra eū. secus in cō
uentionalibus: text. est hic pro cōfirmatione. Adde tu no. diffe
46 rentiā quā Bart. omisit ⁊ erat multū necessaria † quia in stipu
lationibus conuentionalibus stipulator pōt agere cōtra vnū
quēqꝫ ex heredibus ꝓmissoris insolidū. l. ij. §. ex his. ś. eo. ⁊ tñ in
stipulationibus ꝑtorijs indiuiduis non potest stipulator agere
cōtra vnū ex heredibus promissoris insolidū sed est necesse qđ
agat cōtra oēs collectiue. tex. est in. l. in executione. §. ij. ⁊ in. l. cū
ex causa. ī. eo. nec potes dicere ꝙ dixit q: habet naturā bone fi
dei. Ego primo instabo an Bar. bñ dicat. Tu aduerte ꝙ Bar.
in tota ista scda. q. intendit cōcordare adinuicem quinqꝫ iura, tria
pro vna parte, et duo in cōtrariū. Nam habemus tria iura que
volunt ꝙ ꝓmissio de defendēdo sit indiuidua. §. fi. ī. e. l. l. cum ex
causa. ī. e. l. ex clausula. ff. iudi. sol. Ista tria iura volunt ꝙ stipula
tio de defendēdo sit indiuidua. Duo alia volunt de directo cō
trarium. l. ij. §. incertā. ff. de preto. stipu. l. penales. §. iulianus. ff.
ad legem falci. ista iura expresse dicūt ꝙ stipulatio de defenden
do sicut stipulatio rem ratā haberi scinditur inter heredes pro
missoris ergo est diuidua. Bart. per tot verba paucis cōcordat
istas. ll. hoc modo ꝙ ipsa stipulatio de defendēdo est indiuidua
ita loquuntur tria prima iura sed cōsiderato effectu in heredi
bus ꝓmissoris quo ad euadendam penā dicitur esse diuidua vt
ille solus heres qui cōtrafacit incidat in penam ⁊ nō alij, vt hic:
quia est stipulatio pretoria ꝓpter equitatem pretoris: istud est
quod in substantia et in effectu habes reportare ex doctrina
Bart. et ad probandum istud secundū assumptum ponit Bar.
illam regulam multum generalem quam nota. pro secunda cō
clusione. ś. quod in qualibet stipulatione pretoria siue ad dan
dum siue ad faciēdum siue ad diuiduū siue ad indiuiduum siue
possit explicari per alium siue non semper in omnibus stipula
tionibus pretorijs si vnus heredum contrafaciat ille solus in
cidit in penam et non alij. ita limitatur iste text. et multe alie le
ges quas supra retuli. Sed tu aduerte quod duo iura in quibꝰ
Bar. fundat suā generalem conclusionem non probant eius in
tentionem, ⁊ in primis tex. in. l. penales. §. iulianus. de quo Bar.
facit magnū capitale pro certo nō probat cōclusionē Bart. per
duo. Primo, q: ille tex. nō loquitur qñ in promissione de defen
dendo est apposita pena ꝓut dicebat supra quidam defendēdo
Pet. ⁊ bene prout statim dicā in tertia cōclusione Bart. Scdo
⁊ fortius posito quod ille tex. loqueretur quādo promittens de
defendēdo promisisset sub pena adhuc ille tex. nō facit pro Bar.
quia reuera ille tex. in versi. nam cōstat. loquitur quando stipu
latio iudicatum solui incepit ab ipsis heredibus actiue ⁊ passi
ue: quia ipsi promiserunt de defendendo: ideo quia huiusmodi
obligatio nō est hereditaria, factum vnius nō nocet alteri. l. de
pupillo. §. si plurium. ff. de oper. no. nun. l. fin. ff. ad sille. declarat
Bar. ś. in quarta oppositione, ⁊ iste est verus intellectus ad illū
tex. quāuis Are. eum restringat quādo promissio de defenden
do fuit interposita ab vno ex heredibus, sed errat Areti. q: lo
quitur quādo ab omnibus. similiter tex. in. l. ij. §. incertam. ff. de
preto. stipu. nō facit pro Bart. cū tex. ibi in fi. expresse dicat hoc
faciunt verba stipulationis quāti ea res est, ⁊ sic tex. expresse lo
quitur de stipulatione que cōmittitur ad interesse. Non autē ad
penam vt dicit Bar. vnde etiam si stipulatio esset omnino indi
uidua qñ agit̃ ad interesse respectu interesse omnino esset indi
uidua. l. stipulationes nō diuiduntur. versicu. celsus. ī. eo. Retē
ta tamen ista generali cōclusione Barto. pro vera ex quo com
muniter approbatur a scribētibus, necessarium est inuestigare
dum Bar. vult ꝙ speciale sit in pretorijs stipulationibus etiam
si sint facti indiuidui q: si vnus heredum promissoris contraue
niat pena tantū cōmittitur cōtra eum qui cōtrafacit non cōtra
alios, ita dicit Bar. Sed nō declarat vtrū pena cōmittatur cō
tra illū heredem qui contrafacit insolidū: an solum pro sua rata
Bar. nō aperit sed loquitur in ambiguo, tamē Jmo. Raph. cu.
do. Alex. ⁊ Are. hic dicūt Bart. velle ꝙ cōmittatur cōtra here
dem cōtrafacientē ꝓ sua rata tātū et nō insolidum. Mod. senē.
dicūt Bar. velle cōtrariū ꝙ imo heres cōtrafaciens incidat in
penam in totū cum dicant ꝙ nō reperiant declaratū ab aliquo
⁊ qđ Bar. ita velit ꝓbant euidenter, q: Bart. arguit ab actioni
bus bone fidei ad pretorias stipulationes propter equitatē que
vtrobiqꝫ ꝑ officiū iudicis exercet̃, sed in actionibus bonefidei si
vnus ex heredibus cōtrafaciat ille incidit in totā penam insoli
dum. l. in depositi. cum. l. sequē. ⁊. l. si duo. ff. deposi. ergo vult idē
esse in ꝑtorijs stipulationibus, ꝙ contrafaciens incidat in penā
insolidū. Ego autē pondero Bar. in istamet questione velle cō
trariū: nā formaliter dicit Bart. in ꝑtorijs stipulationibꝰ si ipse

principalis promissor cōtrafaciat in parte pena cōmittit in to-
tum cōtra eū per istū tex. in fi. ⁊ l. in stipulatiōe. ff. de dam. infec.
secus in heredibus qꝛ si vnus ꝯtrafaciat tenet solus ille qui cō-
trauenit ergo ꝓ sua parte ⁊ nō insolidū, ⁊ sic Bart. subtiliter in-
tuenti vr̄ sibi ꝯtrarius: ⁊ postea qñ ponit doctrinā vult totū cō-
trariū, nisi diceres ꝙ bene velit cōstituere differētiā inter prin-
cipalē ꝓmissorē vt ipse incidat in penā insolidū nō aūt eius he-
redes tñ credo ꝙ ista nō fuit mēs sua, mihi placet ista opi. con-
tra Io. de imo. Rapha. cu. Are. ⁊ d. Alex. ꝙ vnus ex heredibꝫ
cōtrafaciens incidat in penā insolidū, per tex. quē. s. Bart. alle-
gat in. l. ex clausula. in verbo insolidū cōmittit. ff. iudi. solu. quā-
uis Bar. videatur velle euadere illū text. in. d. l. ex clausula, quā-
do interuenit dolus. Scdo iste stipulatiōes ꝑtorie sunt fundate
in equitate vt dicit Bar. sed si vera esset prima opi. esset ius pre-
toriū valde iniquū, si diceremus qd cōtrafaciens teneret ꝓ sua
parte tantū ⁊ alij in nullo tenerent certe stipulatori nō esset be-
ne cautū nec prouisum, ⁊ ideo cōcludo ꝙ quēadmodū in actio-
nibus bone fidei ita in ꝑtorijs stipulationibus vno heredū cō-
trafaciente tenet insolidū alij vero in nullo sed ipse ꝯtrafaciens
solus tenet insolidū. ℂ Circa tertiā cōclusionē dū Bar. intelli-
git. l. penales. §. iul. loqui qñ fuit apposita pena: idē tenēt Ang.
Imo. ⁊ Alex. ⁊ alij cōiter, pro certo ista nō fuit mens illius text.
qui bene voluit cōplecti oēm speciem stipulationis pretorie que
sunt multe. l. j. ff. de preto. stipu. nō aūt illa verba vniuersalia si-
gnificant siue sit apposita pena siue nō quia verbū nullū in tex.
de pena et cōtrarium expresse tenet Bart. in. d. l. penales. in illo
§. iulianus. ⁊ Ange. ibi ⁊ Are. in. l. cū ex causa. j. eo. Cōfirmatur
qꝛ qd ibi esset pena: pena est facti: facta non presumunt. l. in bel-
lo. §. facte. ff. de cap. Cōcludo ergo qd ille tex. non probat cōclu-
sionem Bar. quia nō loquitur qñ fuit apposita pena Alexā. qui
perpendit ꝙ ille tex. nō probat cōclusionem Bart. ipse ꝓbat ex
alio quia in materia indiuidua a pari procedūt pena ⁊ interesse
l. ij. §. fi. s. e. sed istud fundamētum non est absolute verum, imo
est magna differentia, patet per istum text. in fi. iuncto tex. in. l. si
procurator. ff. rem ratam haberi. ⁊ Bart. s. in. ix. oppo. vbi dixi.
ℂ In quarta cōclusione dum Bar. intra dentes ⁊ conditiona-
liter decidit de isto tex. ꝙ loquatur de stipulatiōe rem ratā ha-
beri pretoria: ⁊ si ita loquatur dicit Bar. siue cōtineatur factum
diuiduum siue indiuiduum vno cōtrafaciente ille solus tenetur
pondera quia isto modo text. loqueretur de stipulatione rē ra-
tam haberi pretoria vel iudiciali ⁊ tñ Bar. s. in. x. oppositione: ⁊
postea in distinctione quā ibi ponit de directo dicit cōtrariū: et
ista est alia cōtrarietas Bar. qꝛ intelligit istū tex. loqui in cōtra
ctibus nō autem in iudicijs. Scdo ꝙ Bart. hic male dicat ostēdo
quia iste text. loqueretur in stipulatione rē ratam haberi qñ est
pretoria: ⁊ sic qñ interponitur in iudicio certe loquitur quando
proponitur circa preparatoria: sed in preparatorijs ipe promis-
sor cōtrafaciens pro parte tenet pro illa parte. d. §. si plurium. in
l. si seruus. ff. si quis cau. tamē iste text. in fi. dicit ꝙ tenet in totū
ergo nō potest intelligi de ꝑtoria stipulatione rem ratā haberi
⁊ ita ad literā dicit. d. Alex. sup glo. fi. sed non facit mentionē de
istis cōtrarietatibus Bar. ⁊ si diceres ista non est contrarietas
quia Bar. hic loquit cōditionaliter si stipulatio rati esset in hoc
tex. ꝑtoria sequeretur illud ꝙ dixi, non ergo fatetur Bar. eā esse
pretoriam qꝛ dico ꝙ idē Bart. j. in. v. q. in fi. expresse: ⁊ ad literā
firmat ꝙ in isto text. stipulatio rē ratā haberi sit pretoria: ⁊ cre-
do qd male dicat ex ꝑdictis: est verū ꝙ licet ibi firmet tñ subdit
dic vt dixi. s. ℂ Circa quintam et vltimam cōclusionem in quā-
tum Bart. dicit quod. l. cum ex causa. j. eo. nō loquitur de stipu-
latione pretoria. Rapha. cu. eum subtiliter reprehēdit, quia da-
to qd ibi nō esset stipulatio mere pretoria tñ Bar. ꝓ hoc nō eua-
dit illum tex. quia cū ex necessitate interponatur. l. ij. ⁊ l. empto-
ri. ff. de euic. ideo in ea est necessariū officiū pretoris sicut in pre-
torijs stipulationibus: ita Bart. in. l. in conuentionalibus. j. eo.
glo. in. l. j. in prin. ff. de preto. stipu. Alexan. respondet qd text. in
l. cum ex causa. loquitur quādo promissio duple fuit sponte in-
terposita in casu in quo nō erat necessaria ſm quod declarat gl.
in. l. ꝙ si nolit. §. qꝛ assidua. ff. de edil. edi. quo casu nec stricte nec
large pōt dici pretoria: ⁊ isto modo ꝓcedit solutio Barto. et ita
remanet perfecte expedita. ij. q. Bar. ℂ In tertia. q. Bar. Are.
reprobat primū exemplum Bart. de. l. quos prohibet. ff. de po-
stulando. et. l. filiusfa. §. veterani. ff. de procu. quia in illis. ll. actor
repellitur officio iudicis etiam nulla opposita exceptione vnde
nō est ex officio exceptionis qd actor repellatur, vñ ſm eū aliud
exemplū Bar. est melius. Tu defende istud primum exemplum
Bart. no. † qꝛ licet iudex ex officio possit repellere inhabilē ta-
men nō cogitur repellere nisi expresse opponatur a parte. l. nō
quicquid. ff. de indi. ⁊ ideo si iudex non repellat inhabilē ex offi-
cio nō dicitur grauari pars nec potest appellare nisi exceperit
ita tenēt Io. an. d. Anto. Panor. ⁊ alij canoniste in. c. exceptio-

a ℂ Nūquid ista ⁊c. ad h vide Alex. ꝯsi. suo. xij. i pe. co. circa fi. ꝙ inci. viso themate añ scripto. i ij. vol.

nem. in vltimo not. de excep. vñ exceptio opposita a parte dicit
causare repulsionem. Item quādo infamia actoris nō esset no-
ta iudici vel esset nota sed nō tanꝗ̄ iudici, iuxta glo. in. l. j. C. qui
⁊ aduersus quos. tūc exceptio partis est que causat repulsionē
ita potes defendere exemplū Bar. Tu adde qd istam doctrinā
ante Bart. tradidit Dy. hic prout refert Albe. fidelis obserua-
tor antiquitatis. Adde etiā quod cū ista doctri. Bart. tenet no.
Ang. in consil. cccxxvj. qd incipit ex themate ⁊ actis ⁊ actitatis
in. iij. ⁊ iiij. col. Itē aduerte vltra omnes aut questio Bar. intel-
ligitur: quādo in specie fuit promissum non opponere istā exce-
ptionem quod miles non possit esse procurator vel infamis ad-
uocatus, ⁊ si isto modo intelligeres Bar. certe ista cōuentio ni-
hil valeret quia esset facta cōtra publicā vtilitatē. l. militē. C. de
ꝓcura. ergo nihil valet per. l. iusgentium. §. si paciscar. ff. de pac.
ergo sicut nō valet principalis promissio ita nō valet adiectio
pene. l. seius ⁊ augerius. ff. ad. l. fal. l. non est dubiū. C. de leg. aut
questio Bar. intelligit qñ simpliciter ⁊ indefinite fuit ꝓmissum
nō excipere sub pena vt videtur esse questio Bar. ⁊ tunc ponde
ra Bar. singulariter velle vnū qd nō reperio ab aliquo ponde-
ratum, qd qui promittit indefinite nō excipere sub pena intelli-
gitur promittere nō solum de exceptionibus perēptorijs puta
pacti de nō petendo rei iudicate iurisiurandi sed etiā intelligi-
tur promittere de exceptionibꝫ dilatorijs vt est exceptio ꝓcura
toria et infamie ꝓut loquit. l. filiusfamilias. §. veterani. ⁊ l. quos
prohibet. allegate per Bar. adeo ꝙ si vnus ex heredibus ꝓmis-
soris opponat aliquā talem exceptionē dilatoriam quia est indi
uidua facit heredes incidere in penam ꝓ portionibus heredita
rijs vt hoc text. qd reputo bene tenendum cordi. Adde qd alibi
dicit bene signanter Bal. in addi. Spe. in ti. de emp. ⁊ ven. circa
principiū in ver. verba sine aliqua exceptione. qd si in instrumē-
to apponant ista verba sine aliqua exceptiōe, operant hūc effe-
ctum ꝙ omnem exceptionem ⁊ omnem defensionē excludūt qd
a tene cordi. Nunqd ista[a] decisio Bart. sit vera, vt dixi nō inuenio
scribētes ad hoc aduertere: in contrariū fortiter facit † qꝛ exce-
ptiones dilatorie nō sunt proprie exceptiōes sed large ⁊ impro-
prie, quia exceptio est actiōis exclusio. l. ij. cū similibus. ff. de ex-
cep. dilatorie exceptiōes ante litem contesta. opponi debent. l.
ita demū. ff. de arbi. l. pompo. §. rati. ff. de ꝓcurato. c. insinuan-
te. de offic. deleg. ergo non dicuntur proprie exceptiones: quia
ante lit. contesta. non dicitur quis agere: sed agere velle. l. am-
plius nō peti. ff. rem ra. habe. ita tenet Specu. in ti. de except. §.
j. in ver. si ergo in ista stipulatione penali cum pene sint odiose.
l. cū quidam. ff. de liberis ⁊ posthu. ⁊ in regula odia. de regu. iur.
in. vj. in ista promissiōe penali ⁊ odiosa verbum excipere debet
intelligi de exceptionibus proprijs et sic de peremptorijs nō de
improprijs: ⁊ sic de dilatorijs quia verba debent intelligi in po-
tentiori significato. l. j §. qui in perpetuū. ff. si ager vecti. vel em-
phy. pe. l. queritur. ff. de statu homi. ℂ In quarta qd. Bar. quia
Bar. obscure loquitur. In primis aduerte dum Bar. reprehē-
dit distinctionem Pet. retorquendo contra eū text. in. d. l. iam
tamē. §. pe. in fi. j. iudi. solu. Bar. non visus est bene aduertere ad
illum tex. quia Pet. in secūdo membro quando agitur nomine
alieno nō induxit illum text. in fin. qui loquitur de pluribus he-
redibus actoris quia ibi illi plures heredes agunt nomine pro
prio ⁊ cōsequēter inter eos bene diuisa est actio actiue per. l. ea
que. C. famil. hercis. Pet. nō induxit illū text. in fi. quia nihil fa-
ceret ad questionem Petri, sed induxit dum loquitur de pluri-
bus fideiussoribus vel de pluribus heredibus ꝓmissoris de de-
fendendo, isti bene interueniunt nomine alieno et actio est indi
uidua quo ad eos ⁊ coguntur constituere vnum procuratorem
⁊ sic ille tex. dum loquitur de pluribus fideiussoribus vel heredi
bus promissoris bene facit pro opi. Pet. Et text. quem retorquet
Bart. contra Pet. in fi. non facit contra Pet. quia non loqui-
tur in terminis questionis nostre, quia imo ibi actor et heredes
agebant proprio nomine. Sed questio nostra loquitur quando
quis promittit agere pro alio, ⁊ sic videtur mihi ꝙ subtilis Pe.
nō mereatur reprehendi, quia tex. quē allegat probat eius opi.
Sed vltra Bar. aliud fortius obstat contra Pe. qꝛ si Pe. voluit
ponderare illū text. in. §. pe. dum loquit de pluribus fideiussori-
bus vel pluribus heredibus ꝓmissoris certe ille text. loquit de
reis ad defendēdum ⁊ nō de actore vel eius heredibus ⁊ qd no-
stra est in actore istud vr̄ fortiter facere ꝯtra Pe. sed ad hec re-
spōderet subtilis Pe. ꝙ reus in excipiēdo dicit esse actor. l. j. ff.
de excep. ⁊ refert Bar. Pe. s. in ꝑcedēti. q. ⁊ isto modo Pet. no-
luit cōstituere solū differentiā an plus heredes agāt nomine ꝓ-
prio ⁊ ibi possunt diuisim agere aut veniūt nomine alieno et nō
possunt diuidere nec in agēdo nec in defendendo ⁊ ita sustineo
Pe. Barto. tamen sequendo Iaco. et Oldr. facit regulā gene-
ralē, qd ex parte actoris heredes possunt diuisim agere nisi na-
tura rei repugnet ⁊ velit quod agāt per vnum ꝓcuratorem in-

ribus per

ribus per Bar.allegatis hic.videamus quis fuerit intellectus
Bar.hic.⁊ quid per ista voluerit Bar.decidere.Aret.⁊ Mod.
49 senen. intelligũt Bar.velle ꝙ qñ qs est obligatus ad agendum
noie alieno ⁊ decedit relictis pluribus heredibus ꝙ obligatio
est inter eos indiuidua:⁊ sic oẽs tenent per vnũ ꝓcuratorẽ age
re alias vno omittẽte cõmittitur pena cõtra oẽs pro heredita-
ria portione. Istã opi.vltra Bar.probãt ipsi tali fundamẽto ꝙ
obligatio de agẽdo noie alieno iudicet indiuidua ita ꝙ si ꝓmis
sor decedat relictis pluribus heredibus quantũ ad heredes sit
indiuidna probãt tali fundamẽto,qꝛ si diceremus quod obliga
tio nõ esset indiuidua sequeretur maximũ absurdũ qd vnus ex
heredibꝰ,posset agere cõtra tertiũ ad speciẽ ⁊ si obtineret pos-
set restituere stipulatori ⁊ casu quo nõ possit obtinere posset ce
dere stipulatori actionẽ:⁊ sic stipulator cõsequeret solutionẽ in
diuersis rebus. Et ego credo ꝙ nullatenꝰ ista fuit intẽtio Bar.
imo dicit ꝯrium ⁊ facit regulã de directo in cõtrarium.facit enĩ
50 Bar.regulam † ꝙ vbi aliqd est obligatus ad agendũ cõtra ter
tium si moriatur relictis pluribus heredibus qd ista obligatio
est diuidua ⁊ diuiditur pro portionibus hereditariis p tex.in.l.
iam tñ.§.pe.in fi.vbi dicitur ꝙ possunt diuisim agere:⁊ sic de di
recto dicit ꝯrium eius qd dicunt Are.⁊ senenses hic,bene dicit
qd ista regula fallit qñ natura rei velit qd per vnũ agat: et si di-
ceres Are.⁊ senẽ.põderãt fallẽ.illã Bar.qd si natura negotij ⁊c.
requirat,isto modo Bar.deciderat istam questionem in fallen.
istud esset absurdũ,sed decidit principalem questionẽ.⁊ si dicas
certe Are.⁊ senẽ.ponderarunt fallen. Bart.qꝛ posset resultare
inconueniẽs ⁊c.qꝛ rñdeo ꝙ ista eorũ ratio nihil vꝫ:qꝛ nõ est ve-
rum ꝙ possit resultare incõueniens,qd ostendo. aut contra illũ
tertium agitur ad quãtitatem aut ad speciẽ,si ad quãtitatẽ res
est clara:qꝛ non põt cadere diuersitas.s.ꝙ solutio possit fieri in
diuersis rebus qꝛ in minimis nõ cadit affectio,iuribus vulgari
bus. aut agit ad speciẽ ⁊ adhuc dico ꝙ nõ resultat illud incõue
niens,qꝛ si ego ago pro parte in sticho ⁊ mihi tradat,alius non
vult agere sed cedit actionẽ,ego per actionẽ cessam ago contra
debitorem ad aliam partẽ debitor nõ potest soluere nisi illam
partem ergo nõ potest euenire incõueniẽs qd fiat solutio in di-
uersis rebꝰ.fallit ergo ẜm Bar.qñ natura rei impugnat.l. qd si
nolit.§.si plures.de edili.edi.⁊.l.si familie.ff.fami.her. quõo istud
ibi sit bar.nõ declarat.Bal.⁊ Flo.in.l.si familie.dclarãt. Tu dic
meliꝰ ꝙ in.l.si familie.istud nõ est ꝓpter naturã negotij vt dicit
Bar.h.⁊ i.l.iã tñ.§.pe. sꝫ est alia rõne,qꝛ dũ ibi ageret inter plu
res heredes iudicio fami.her.pẽdẽte lit.vnꝰ heredũ decessit re
lictis pluribꝰ heredibꝰ isto casu isti plures heredes hñ tenẽtur
cõstituere vnum procuratorẽ:qꝛ lis erat iam cepta cũ defuncto
secꝰ si nõ fuisset cepta cũ defuncto declarat Bar.in.l.iã tñ.§.pe.
ff.iudi.sol. Ultimo vt dixi lꝫ scribẽtes nõ aduertãt:Bar.ꝯ Pet.
videt formare regulã ⁊ fallẽ.que nõ sunt ad ꝓpositũ qõnis: qd
est quãdo quis est obligatꝰ mihi ad agendũ cõtra alium. Bar.
format regulam ꝙ plures heredes actoris possunt diuisim age
re per.l.iam tñ.§.pe.in fi.ille tex.non loquit in terminis nostris
qñ actor ageret noie alieno nisi diceres ꝙ ille tex.in generalita
te sua probat ꝓut credo Bar.voluisse,si isto mõ intelligat fallẽ
tia quã ponit Bar.nõ est ad propositũ qꝛ.§.si plures. loquitur
qñ emptor decessit relictis pluribus heredibus qui non agunt
noie alieno licet suo nomine.sic etiã i.l.si familie. heredes agũt
etiam suo nomine nõ alieno:⁊ ideo bene est verũ qd si intelliga-
mus tex.in.l.iam tñ.§.pe.prout loquit:bene facit ad fallentiam
Bar. ¶ In quinta.q.Bar.procedẽdo per ordinẽ ẜm eiꝰ dicta
in primis inquantũ subtilis Pe.vult probare istam promissio-
nem esse diuiduam. Tu potes fortiꝰ restringere fundamentũ
Pe.qꝛ si illa stipulatio dꝫ esse diuidua qñ obseruata in parte af
fert tantã vtilitatẽ in illa parte sicut afferret in totũ si in totum
obseruaretur,certe ad terminos nostros ista stipulatio de non
agẽdo ad seruitutẽ ꝓculdubio dꝫ iudicari indiuidua: qꝛ p hoc
qd vna pars vniꝰ ex heredibꝰ eã obseruet ista obseruãtia nõ so
lũ ꝓdest stipulatori in parte imo ꝓdest in totũ qꝛ facit qd serui
tus in totũ ꝯstitui nõ põt p.l.p parte.ff.de serui.ergo multo for
tius si affert vtilitatẽ in totũ dꝫ iudicari diuidua,⁊ releuat stipu
torẽ in totũ.d.l.itinere. Scdo inquantũ Bart.arguẽdo contra
Pe.dicit qd si vnus heredũ agat ad seruitutẽ cõstituendã inso-
lidũ,effectꝰ erit qd p̃stabit estimationẽ ꝓ pte coheredis certe
istud fundamẽtũ Bart.est euidenter falsum, qꝛ per hoc ꝙ he-
res qui agit ad seruitutẽ insolidũ per hoc qd soluat estimatio-
nem coheredis p hoc non habebit seruitutẽ, illud ergo presta-
re estimationẽ nihil ad ꝓpositũ qꝛ p hoc nõ efficit dñs p̃dij nec
potest agere ad seruitutẽ.l.fi.ff.cõmu.predi.quid ergo facit sol-
uere estimationẽ nisi diceres qd stipulator recipiẽdo estiatio-
nẽ seruitutis pro pte coheredũ sibi p̃iudicet vt lꝫ non possit con
stitui seruitus tñ nõ poterit ꝓhibere istum coheredem vti ser-
uitute. Vel scdo si intelligeres Bar.loq de estimatione ipsiꝰ pre-
dij quã heres soluat ꝓ pte coheredis ipsi coheredi tũc ꝓcede-
ret argumẽtũ ⁊ istud est qd.ĩ.Bar.fatet. Et dum Bar.ꝓ isto
fundamento allegat.l.cũ filiꝰ in prin.ff.de le.ij.illa.l. nihil facit
in proposito qꝛ loquit qñ legatarius agebat ad seruitutẽ sibi le
gatam volũtate testatoris:sed qꝛ testamentũ erat ꝯrelatũ in p-
te:ideo ꝓ illa pte legatariꝰ p̃stat estimationẽ heredi sed in casu
nostro iste heres agit ꝯ promissorẽ defuncti.ideo p̃statio cohe-
redum nõ dꝫ eũ iuuare. Tertio dũ rñdet ꝙ quamuis heres sol
uat estimationẽ tñ obligatio est indiuidua qꝛ tantã vtilitatẽ af
fert in parte quãtã totũ in totã. Mod.senẽ.intelligũt Bar.vel
le qd ista stipulatio iudicet eẽ diuidua eo qꝛ deueniat ad estima
tionẽ ⁊ reprehẽdunt Bar.dicẽtes sic eũ velle sic dicere: nã istd
fundamẽtũ ꝓcederet qñ virtute obligatiõis deueniret ad estia
tionẽ vt in obligatiõibꝰ faciendi.l.stipulatiões nõ diuidunt.§.
celsus.secus qñ nõ iure obligatiõis sed officio iudicis deueni
retur ad ipsam estimationẽ isto casu nõ estimat obligatio diui-
dua. Credo ꝙ errẽt,qꝛ istd noluit dicere Bar.imo dicit ꝯtrariũ,
nã verba Bar.sunt ista:nã lꝫ soluat estimatio pro parte cohere
dis,obligatio est diuidua qꝛ affert tantã vtilitatẽ in parte quã-
tam totũ in totũ,nõ ergo dicit Bar.ꝙ dicat diuidua qꝛ soluat
estimatio pro pte coheredis. tñ ista solutio Bar.nõ esset gene-
ralis:pone ꝙ stipulatoris interesset potiꝰ non cõstituere serui
tutẽ quã recipere estimationẽ. Successiue inquantũ Bart.vult
qd isto casu iudicium sortis dꝫ cessare qꝛ esset iniquũ ꝙ q vult
51 obseruare cogeret per officiũ iudicis male ageretur. † Tu ad-
uerte ꝙ qñ plures coheredes adinuicẽ ad eorũ incõmodũ dis-
sentiũt nũq̃ hꝫ locũ officiũ iudicis.ita Bar.in.l.ij.§.ex his.s.e.
allegãdo prin.l.itinere. Itẽ inquãtũ Bar.intelligit.l.itinere.ff.
de serui.rusti.predio.loqui in seruitute cõstituẽda ⁊ nõ cõstitu-
ta Bar.nõ vr̃.hñ cõsiderasse illũ tex.qꝛ videt loqui in seruitute
iã cõstituta qꝛ loqtur i seruitute relicta in testamẽto ⁊ planũ est
qd ipo iure a morte testatoris acqrit.l.si partẽ.§.si fundũ.ff.quẽ
admo.serui.vẽ.l.j.i v̄bo ipso iure.⁊.l.fi.in v̄bo vẽdicare.ff.si ser.
vendi. Defendendo Bar.potes rñdere dupliciter. Prio qd qñ
seruitꝰ relinquit,in testõ quãuis adita hereditate ipso iure ꝯsti-
tuatur iuribꝰ preallegatis:tñ nõ dicit per actũ naturalẽ actua
liter adhuc constituta ideo nõ obstãte legali constitutione põt
agi vt actualiter cõstituatur.l.iij.§.dare.vbi tex.ff.de vsufruc.
Bar.in.l.j.ff.cõmunia de leg.in.l.j.vbi dixi.ff.de leg.j. Scdo po
tes rñdere qd iura q̃ dicũt ꝙ qñ seruitꝰ est relicta in testõ ipso
iure cõstituit ꝓcedit qñ esset legata vni.sed qñ esset legata plu
ribus quo casu est necesse qd conueniãt de loco eligẽdo in quo
cõstituatur seruitus isto casu ante electionẽ factã p ipsos nõ cõ
stituitur seruitꝰ ipso iure ⁊ in istis terminis loquitur.l.itinere.⁊
ita ibi Pau.de ca.respõdet vbi dicit qd p illum tex.limitat re-
gula supradicta. ¶ Ultimo inquantũ Bar. dicit ꝙ in isto text.
stipulatio rem ratã habe.est pretoria ⁊c.remittit se ad ea que.s.
dixit.in.ij.q.⁊ ita habes expeditã ex predictis quintã questio-
nem Bar. ¶ In sexta.q.Bar.q̃ est tota pulchra ⁊ subtilis scri-
bẽtes nihil penitꝰ tangũt,saluo qd Ang.simpliciter in duobꝰ
verbis transijt cũ Barto.⁊ dicit eũ bene esse locutum.cũ Bart.
tenet Pau.de ca.in.l.ij.§.itẽ si in facto.in.iij.col.s.eo.⁊ nihil pe
nitus addidit.alij vt dixi nihil penitus tangũt,circa istam que-
stionẽ. Tu aduerte in primis inquantum Bar. reprehendẽdo
equitatẽ quorũdã (qꝛ esset cõtra fundamentũ iuris) facit diffe
rentiam inter seruitutes reales ⁊ seruitutes personales vsus et
52 vsusfructus,quia dicit † ꝙ in seruitutibus realibus seu prediali
bus cõstituunt scdꝫ indigentiam predij dominãtis.per.l.ergo.
in fi.ff.de serui.rusti.predi.⁊ propterea predium seruiẽs nõ plꝰ
debebit seruitutẽ per hoc quod sint plures heredes quã si esset
vnus,sed in seruitute personali vsus,cum vsus debeatur ẜm in-
digentiã persone.§.j. institu. de vsu et habitatio. maiorem in
digentiam requirẽt plures psone quã vnus. Addo pro ista dif
ferẽtia Bar.bene facere id qd dicit glo.no.⁊ magistra in.l.nam
satis.§.j.ff.quẽad.serui.amit.in glo.ma.in verbo respondit. in
pn.vbi dicit magistraliter gl.ꝙ qñ seruitꝰ realis debet pluribꝰ
personis:tñ est vna ratione vnius predij cui est debita:secus in
seruitute vsus que non debetur predio:sed personis vbi nõ põt
dici vnus vsus sed plures. Lꝫ ista differentia sit pulchra ⁊ subti-
lis:⁊ demulceat aures:tñ mihi videt qd non sit vera: qꝛ non est
generalis:nec generaliter procedit:solũ enim ꝓcederet in ser-
uitutibus que sunt ad vsũ prediorũ dñantium:qꝛ ille limitant
ẜm necessitatem predij.⁊ sic ẜm ꝙ vsus illiꝰ predij requirit. ita
loquitur tex.in.d.l.ergo.§.j.ff.de serui.rusti.predi.et ibidẽ Bal.
ita declarat formaliter.et intelligit illum tex. Sed ponamꝰ qd
ego stipulor a te seruitutem videlicet vt concedas mihi seruitu
tem realem itineris quod possim trãsire de domo tua ad domũ
meam pro me ⁊ heredibus meis.ista seruitus realis non esset
secundum indigentiam domus dominantis cui debetur serui-
tus,ergo Barto.non loquitur generaliter:nec posses tunc di-

a ℂ Limita
singulr.ꝛc.
potes adde
re liationez
qꝺ ſi ex plu
rib⁹ hr̃dib⁹
aliq̄ ignora
rēt pacē ſe-
cūdā pena
nō ↄmitte-
ret ꝯ̄ eos ſe
cūdū Pau.
de ca.i cōſi.
ſuo.cxciiij.i-
ci.viſo ꝓceſ
ſu.ſm anti-
quā impreſ
ſionem.

b ℂ Succeſſi
ue ꝛc.pōt ēt
ānecti alia
q.vtrū pax
facta titio ꝛ
ſocijs cēſea
tur rupta ſi
vn⁹ socioꝝ
offendat an
ꝙ̄ pacē no-
tificauerit:
ꝛ Barto.tz
qꝺ nō i.l. ſi
vxor.§.pe.
ff.de adult.
Bal.arguit
ꝓ ꝛ ꝯ̄.et re-
mittit ſe ad
Dy.ꝛ Bar.
vbi.ſ.i.l.fi.i
j.colū.C.ad
mac.vbi tra
ctat an pax
facta ꝑ ſe et
recōmēda-
tos vł ↄpli
cib⁹ nōduz
ratificata ꝑ
ↄplices: an
dicat rupta
ſi ↄplices i-
terīz offen-
dant. vide
etiā Ant. ꝺ
bu.ꝛ Pau.
i.c.accedēs
de preben.

cere qꝺ domns ſeruiēs nō grauet plus ex numero perſonaruz
quā ſi eſſet vnus:ergo differētia Bar.nō eſt bona,q2 ad tollēdā
cōſequētiā ſufficit dare inſtātiam gloſſ.in.l.ſi creditori.ꝛ iſta eſt
ſeruitus realis prout ponit Pau.de ca.in.l.pecoris.ff.de ſerui.
ruſt.ꝑdi.vbi declarat.l.ergo.ꝛ reprebēdit Ang. ibi,eodē modo
loquamur in ſeruitute itineris act⁹ ꝛ vie,ſi quis ſtipulatur iter
ſeu actū vel viā ad fundū ſuū:iſta eſt ſtipulatio īdiuidua:ſz que
ro an prediū ſeruiens grauabit in plus ex numero perſonaruz
quā ex perſona vni⁹,cui dubiū ꝙ plus grauabit:ꝛ ideo videtur
qꝺ dr̃ia Bar.nō ita paſſim ꝛ generaliter procedat: bñ verū eſt
ꝙ ſi agerem⁹ ad ſeruitutē rigādi prata bene valet/inquantum
Bar.ponit aliā ſubtiliorez dr̃iam quā dicit Pe.ex mēte iuriuz
53 ſubtiliter cogitaſſe,† quia q̄daz ſunt obligatiōes que incipiūt
a defuncto:poſtea directo trāſeunt ad beredes:quedā directo
a defuncto:ſed incipiūt ab beredib⁹:tñ babuerūt originē a ſti-
pulatiōe defuncti:q2 eſt ſubtilis ꝛ ſubtiliter inſtandū:ꝛ vr̃ ꝙ nō
ſit bona:q2 lz obligatiōes incipiāt de nouo in ipſis beredibus
ex ſtipulatiōe defuncti:tñ ſunt bereditarie tex.eſt in.l.bereditariuz.ff.de bo.auto.iudi.poſ.vbi querit que dicātur bereditarie
obligatiōes qꝺ ille que deſcēdunt a defuncto in beredes ꝛ ille
que incipiūt de nouo in perſona beredum ſed incipiunt a ſtipu
latiōe defuncti per quē tex.ita dicit Bar.in.l.continu⁹.§.fi.in.j.
q.ĵ.eo.ſi ergo ſunt bereditarie ergo ꝓ qua parte aliquis eſt be
res pro ea dz ſibi acquiri,ꝓ alijs partibus reputat extraneus:ꝛ
ſtipulator nō potuiſſet ſibi acquirere:q2 ſunt obligatiōes bere
ditarie quāuis acquirant de nouo poſt mortē ex ſtipulatiōe tñ
defuncti.Et ſi diceret aliq̄s vr̃uz forte qꝺ tex.i.l. bereditariū.ꝛ
Bar.in.l.cōtinuus.§.fi.nō loquit in obligationib⁹ mere perſo-
nalib⁹:rñdeo ꝙ imo Bar.in illa.l.cōtinuus.§.fi.in ea.j.q.in ver.
ſed qd ſi ſtipularet aliquid vr̃ velle idē eſſe ſi aliq̄s ſtipulet aliq̄d
īdiuiduū ꝙ ſui natura nō trāſiret ad beredes ꝓut eſt vſus.ea-
dē ratio eſt boc caſu prout in alijs indiuiduis.ita dicit ibi Bar.
ꝛ iꝺ vr̃ qꝺ totū fundamentū ſuum ꝛ Pe.qꝺ cōſiſtit in iſta diffe-
rentia nō ſit tutū,ꝛ nō eſſet ponere os in celū tenere illam opi.
54 quorundā que procedebat ex eq̄tate ꝓut dicit bic Bar. ℂ † In
ſeptia.q.Bar.babes ſinglr̃ no.qꝺ ſi faciēs pacē cū īimico ꝓmit
tat eū nō offendere neq3 beredes ſuos ſub pena mille librarūz,
ſi offendat vnum ex beredibus pōt offenſus agere ad totaz pe
nā,qꝺ diligenter no.nec ob.ad boc tex.in.l.ij.§.fi.ſ.eo,q2 videt
ſtringere in oppoſitū.vbi vr̃ tex.qꝺ beres offenſus nō pōt age
re niſi pro ſua ꝑte bereditaria ꝛ nō ad totā penā/rñdet Barto.
qꝺ ibi illa ſtipulatio interponit ratione itineris vel actus/Pō
dera ꝙ Bar.nō dicit,qꝺ ibi ſtipulatio interponat ratiōe ſerui-
tutis prout eū male referūt ꝛ reprobant Joā. de imo.ꝛ Rapb.
cu.in.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.ĵ.eo.ꝛ do.Alex.bic.non ergo
dicit ꝙ ſtipulet rōne ſeruitutis ſed rōne itineris vel act⁹, quia
pri⁹ babebat ſeruitutē, ꝛ ſtipulabat ꝑ eū nō fieri quominus ſi-
bi liceat agere ꝛ ire ſm ſuā ſeruitutē ꝛ penā,ergo cū ibi interpo
natur ſtipulatio ratiōe itineris vel act⁹,ſui natura debet ad be
redes tranſire ſicut, ipſa ſtipulatio itineris vel actus/ſed ſtipu-
latio de nō offendēdo cū interponatur pro tuitione ꝑſone ꝛ cō
muniter ꝑſone adbereat nō trāſit ad beredes. vnde ſi ſit facta
mētio de beredib⁹ cenſet noua ſtipulatio in ipſos beredes inci
pere.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.ĵ.eo.glo.in.l.repeti.in princi.
qui.mo.vſufru.amit.ꝛ cū talis ſtipulatio cōtineat indiuiduum
beres offenſus ex noua ſtipulatiōe quam videtur interpoſuiſ-
ſe babebit actionē inſolidum ad totam penā, q2 illa ſtipulatio
multiplicatur in perſona beredū,iſta fuit mens Bar.lz non ita
clare/iſto modo tollit reprobatio Imo .ī.d.l.ſtipulatio iſta.§.
ſi quis ita:ꝛ aliorū cum dicunt ꝙ.§.ſi quis ita:non probat inten
tionē Bar.bic.cum iſta opi.Bar.tenent Ang.ꝛ Ro.bic.idez te
net Pau.de ca.in.l.ij.§.itē ſi in facto.ſ.eo.in.iij.ꝛ.iiij.col.vbi di
cit ꝙ iſta ſunt de apicibus iuris ꝛ altiſſime ſpeculationis/con-
tra Bar.tenet Imo.ꝛ Rapb.cu.in.d.l.ſtipulatio iſta.§.ſi q̄s ita
ꝛ Ale.bic.q2 ex quo iſta ſtipulatio penalis procedit ex facto de
functi ꝛ ſic bz originē ex cauſa bereditaria ergo debet diuidi ꝓ
portionibus bereditarijs ergo beres offenſus nō dz poſſe age
re niſi pro parte bereditaria in alijs autē partib⁹ cenſebitur vt
extraneus,ſed ad iſtud ptz reſpōſio ex dictis Bar/fortius con-
tra Bar.facit dū preſupponit qꝺ ſtipulatio de qua ī.l.ij.§.fi.ſui
natura ſit trāſitoria ad beredes ita tenet Bart.in.l.ſi ſic.in pe.
col.ĵ.eo.cōtrarium de directo tenet idem Bar.in.l. ſtipulatio
iſta.§.ſi quis ita.per illum tex/dicam ibi,vbi eſt loc⁹ ſu⁹ de veri
tate buius cōcluſionis,ꝛ ſic teneo concluſionem Barto/aduer-
te tamē ꝙ qꝺ ꝛ deciſio Bar.procedit in pluri⁹ beredib⁹ ſtipu-
latoris/quid autē ſit in pluribus principalibus facientib⁹ pa-
cem adinuicē ꝛ promittentibus ſe non offendere ſub pena ita
qꝺ quilibet inſolidū promittat,an vno offenſo poterunt omnes
agere ad penā,quā queſtionē examinat Bar.in.l.fi.in.ij.q.ff. de
duo.reis.ꝛ in aut.boc ita.C.eo.ꝛ in.l.opere.ꝑ illū tex.ff. de ope.

lib.Bal.in.l.ij.in.iij.colū.C.de lib.ꝛ eo.lib.Ang.in.l.ſi ſeruus.§.
9 collige hic. ¶ † Pro clara intelligentia reassumo dubiã conclusionem gl. nunquid ille qui est notorie ⁊ manifeste prodigus possit cõtrahere obligare ⁊ alienare anteqꝫ sibi expresse interdicaẽ a iudice administratio, articulus est valde disputabilis ad vtrãqꝫ partem. glo. hic. ⁊ in. l. j. in princi. ff. de cur. furio. et in. l. furiosi. ff. de regu. iur. tenent partem affirmatiuam quod sic. eam tenẽt Bart. Bald. Ange. Pau. de cast. et Ro. hic. Barto. Bal. Ang. in. l. is cui lege. ⁊ ibi Jmo. ⁊ Are. ff. de test. Istã partẽ tenet Bal. in multis locis hic relatis per do. Alex. sz vltra eum idem tenet Bald. in. c. ex parte. in. ij. olũ. de consue. Joan. de imo. Petr. de ancha. ⁊ alii canoniste. in. c. ij. de testa. Et ista est cõmunis opi. sz Paul. de cast. do. Alexan. ⁊ Are. hic. ⁊ verum dicunt, ⁊ ista opi. esset seruanda in practica ſm Joan. de imo. ⁊ in iudicando et in consulendo nõ est a communi opi. recedendum. l. j. in ver. et sane crebrior. de offi. questo. Bart. in. l. fi. C. de pe. iudi. qui male indi. Pro ista ɔmuni sententia Barto. allegat hic duos tex. Primo tex. istum a contrario sensu si non fuisset bonis interdictum potuisset alienare ⁊ cõtrahere: sed cum reuerentia Barto. iste tex. nihil faceret nec meruit allegari ad hoc per Bart. quia pondera qd tex. impersonaliter dicit is cui bonis interdictum est. ⁊ generaliter loquitur ⁊ nõ dicit quod esset interdictum bonis a iudice. Secũdo põdera text. in. l. iulianus. a contrario sensu. ff. de cura. fur. vbi tex. dicit qd postqꝫ est interdictum: ergo anteqꝫ esset interdictum ⁊c. Ad idem poterat allegare Bar. tex. in. l. si furioso. circa mediũ. in verbo pretor ei bonis interdicturus esset. ⁊ in. l. ⁊ mulieri. in verbo bonis interdici. ff. eod. ⁊ text. in. l. sed ⁊ si vnius. §. filio. in v. interdum. ff. de iur. in vbo cui iure meritoqꝫ curator a pretore ɔstituetur. et text. in. l. si curatorem habens. in verbo cui a pretore curatore dato bonis est interdictuz. C. de in integ. rest. mino. ⁊ tex. in. l. patri pro filio. ad fi. princ. in verbo vt ex bonis debet interdici. ff. de mino. et tex. in. l. certi condictio. §. qm. in fi. in verbo cui bonis postea est interdictum. ff. si cer. peta. in quibus omnibus clare habetis tex. quod prodigis interdicitur a iudice administratio bonorum: ergo ante possunt administrare ⁊ disponere. Confirmatur stringendo istos tex. quia si notorie pdigo fuerit ipso iure interdicta administratio a lege, certe frustra iduceret a iudice: sz sic est φ ars ⁊ natura nihil frustra operãtur. l. non cogendum. §. fin. ff. de procura. hec stipulatio. §. diuus. ff. vt leg. nomi. ca. et. l. qui bis idem. vbi dicitur. j. eodem. Cõfirmatur per tex. in. l. bis qui. §. j. ff. de tuto. ⁊ cura. da. ab his. vbi tex. dicit quod prodigo debet prouideri ne deducaẽ in egestatem: sed si ipso iure interdicereẽ administratio: et consequenter si nihil posset alienare de suo, nõ posset deduci in egestatem: tamẽ posses ad istum tex. dicere φ prodigus posset de facto consumere prout quotidie videmus fieri ⁊ experiẽtia docet que est rex magistra. c. quã sit. de elec. in. vj. ideo opus est, puidere. Pro ista cõi sentẽtia Bar. in. d. l. is cui lege. ff. de testa. allegat bonum tex. in. d. l. tres tutores. ad fi. in verbo aperte prodigo. ff. de admini. tuto. ⁊ ibi etiam Barto. ad hoc not. ilium text. vbi licet quis sit aperte ⁊ sic manifeste prodigus tamen valent gesta per eum anteqꝫ sibi interdicatur a iudice. Ad illum text. Alex. hic tripliciter respõdet. Primo. quia illud ibi fit: qꝛ pupillus haberet regressum ⁊c. vt hic per eum. Similiter Areti. in illa. l. is cui lege. insistit circa illum tex. sz reperio φ nihil dignum dicit. Pro ista etiam opi. Are. in illa. l. is cui lege. allegat aliquos tex. qui parũ faciunt. Tu aũt pro cõi opi. allega bonum tex. in. c. veritatis. de do. ⁊ cõtu. ⁊ iste tex. est fortissimus pro cõi, iungendo principium illius tex. cum fine. nam in princ. illius tex. expresse dicitur, quod ille prelatus ecclesiam suaz dilapidabat sicut publica pdicabat infamia, erat ergo notorius dilapidator: ⁊ sic pdigus pot administrare: imo alienare bona ecclesie anteqꝫ sibi interdicaẽ: ergo ibi est tex. optimus pro cõi sentẽtia quod notorie prodigus pot administrare anteqꝫ sibi interdicatur a superiore vel iudice. Et stringe fortius illum tex. qꝛ si ibi prelatus ecclesie qui erat notorie prodigus potest tamen administrare ⁊ alienare in dãnũ ecclesie anteqꝫ sibi interdicatur ⁊ ibi non perdit administrationẽ ipso iure in rebus ecclesie ⁊ sic alienis: ergo multominꝰ notorie prodigus in rebus propriis nõ perdet administrationem: quia potentiꝰ est ius qd qs habet iure ,pprio qꝫ qd habet iure alieno l. si auguste. ff. de lega. ij. l. ij. ff. de off. procon. ⁊ leg. l. iiij. §. eritqꝫ. ff. de si deicõ. lib. ⁊ nil est qd me magis moueat ad tenendũ istam partem quam iste tex. ¶ Contrariam opi. qd imo notorie ⁊ manifeste pdigo ipso iure interdicatur sibi administratio a lege: nec requiratur interdictio bonorum iudicis: tenet gl. in. l. is cui lege. ff. de test. sequitur Pe. de bella per. sequiẽ Jmo. ⁊ Rapha. cu. et ista opi. in puncto iuris est sustẽtabilis ſm Alex. hic. eam etiam tenet Jo. fab. in. §. furiosi. per illuz tex. insti. de cura. Fede re. de se. in cõsi. xxxi. incipien. minor. xxv. annis maiori. xiiij. Adde qd Bal. in cõsi. cclix. scde partis: qd incip. queritur vtrum iuramentum notorie prodigi. dicit qd huic opi. Petr. multuz applaudet: ⁊ rõ ⁊ equitas naturalis, qꝫuis doc. teneant cõiter contrariũ: sed ipse ibi inclinat cuz opi. Pe. Pro ista parte subtilis Pe. adducit fundamentum φ notorium ⁊ sententia equiparantur: sed si esset lata sententia nõ posset administrare: ergo eodẽ modo si sit notorie prodigus. Bar. conatur respondere dupliciter ⁊ vtroqꝫ modo male respõdet. Secundam solutionem Bar. reprehẽdunt Jmo. ⁊ oẽs Moder. indifferẽter: qꝛ paria sunt interdicere administrationẽ pdigo vel declarare eum prodigum. l. quid tamẽ. §. si arbiter. ff. de arbi. l. si pretor. in princi. ff. de iudi. Adde meliorẽ tex. in. l. j. §. j. in versi. si autẽ. ff. ad turpil. vbi text. expresse dicit φ iudex declarãdo calũniam delinquẽtis dicitur eũ condẽnare. ecce ibi tex. φ declaratio sola dicitur cõdemnatio. Tu rñde melius, φ regula que habet φ notorium ⁊ sententia equiparanẽ. d. l. emptorẽ. ff. de actio. emp. pcedit quo ad aliqd declarãdum: nõ aũt quo ad aliquid inducendũ vel prohibendũ. gl. not. est reputata singularis approbata in. l. sed ⁊ si possessori. §. itez si iurauero. ⁊ ibi dixi. ff. de iureiurã. scdm quã ita etiam respondet Bal. in. l. j. in prin. ff. de curato. fur. ⁊ idem Bal. in. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cog. Vel secũdo potes respõdere ſm Bal. in preallegato cõsi. cclix. secũde partis: qd notorium et sentẽtia equiparanẽ quo ad faciendũ rem certã sed nõ quo ad aliquid vlterius disponenduz vel prohibendum, per text. in. l. sciens. ff. de cõtrahen. emptio. Scdo pro ista parte allegant isti Moder. plures tex. qui dicunt φ lege interdiciẽ administratio prodigo absqꝫ interdictione iudicis. text. in. l. j. ff. de cura. fur. in verbo. lex. xij. tabularum interdicit. ⁊ dicit Alex. φ ibi tex. apertus p ista parte si nõ cauilleẽ litera. ad idem tex. in. l. is cui lege. in verbo lege. ff. de testa. ⁊ tex. in. l. mutum. §. j. in verbo lege. ff. de acqui. heredi. ⁊ in. §. furiosi. inst. de cura. isti oẽs tex. dicunt quod per legẽ interdiciẽ administratio pdigo: ergo sine interdictione iudicis: sed gl. in. d. l. j. ⁊ in aliis locis respondent φ lex interdicit. i. declarat interdicenduz per iudicẽ vt ptz per alias leges s. allegatas. alias essent de directo ɔtrarie. Tu respõde notabilius retorquendo tex. in. l. j. in eos. ⁊ φ imo tex. in. d. l. j. in prin. ff. de cura. furio. vbi Alex. dicit esse tex. pro pma parte nisi cauilleẽ litera. dico φ imo est ibi tex. ineuitabilis in oppositum. dicit em̃ ibi tex. in prin. φ lex. xij. tabularũ interdicebat pdigis: ⁊ postea

subdit ꝙ solẽt hodie pretores vel presides eis dare exemplo fu
riosi. ⁊ sic tex. in illis verbis sed hodie dicit expresse esse mutatũ
illud qđ faciebat. lex. xij. tabularũ. ¶ Tertio pro ista parte facit
ſm eum. ⁊ do. Alexan. q2 non põt assignari vna ratio diuersita-
tis inter furiosum ⁊ prodigum: sed omnes fatent̃ furioso esse in-
terdictã administrationẽ bonorũ: ergo similr̃ erit interdicta ⁊ ꝓ
digo. ¶ Sed rñde tenendo cõem ꝙ imo ratio est in promptu: q2
furiosus nullũ hꝫ sensum et intellectũ: ideo nõ põt etiam ꝯhere
ad sui vtilitatẽ. l. in negotijs. de reg. iur. Secus est in prodigo vt
hoc tex. nostro. vnde ſcđm regulã iuris quilibet est in re sua mo
derator ⁊ arbi. l. sed ⁊ si lege. §. cõsuluit. in verbo dum se abuti pu
tãt. ff. de peti. here. Item minus est vitium prodigi q̃ furiosi: q2
ꝓdigus facilius reducit̃ ad sanos mores q̃ furiosus vnq̃ sanet̃.
Et ideo extat epistola Alphonsi antiqui ad Philippũ Ducem
Mediolani que incipit. Sentẽtia est philosophorum: vt qui se-
mel insaniuit nunq̃ reducatur ad sanitatem. Sed vltra Alexã.
ꝓ ista parte videt̃ fortiter stringere: q2 sicut ꝓdigus si reuertat̃
ad sanos mores ipso iure desinit esse sub cura ⁊ interdictiõe bo
norum. tex. est in. l. j. ad finem prin. ff. de cura. furio. Bar. ponit. j.
in. iij. q. ergo eodẽ modo dꝫ ipso iure fieri interdictio ꝓpter no-
toriã ꝓdigalitatẽ: q2 regulã habemus, ꝙ cõtrariorũ eadẽ debet
esse disciplina. l. j. ff. de his qui sunt sui. l. ⁊ si contra. ff. de vulga. et
pupil. Itẽ idem dꝫ operari oppositum in opposito qđ ꝓpositũ
operat̃ in ꝓposito. l. hoc genus. ff. de cõdi. ⁊ demon. Barto. late
in. l. inter stipulantẽ. §. sacram. j. eo. Confirmatur q2 facilius dꝫ
quis impediri ab administratiõe q̃ postq̃ est facta interdictio
tolli. ar. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. c. quem-
admodũ. de iureiurã. Sed ad istud fundamentũ qđ videt̃ strin-
gere fortiter: rñdet Bal. in. l. j. in prin. ff. de cur. furio. qđ lõge di-
uersa ratio est: naꝫ recuperare administrationẽ bonorũ suorũ est
ad suam naturã reuerti sꝫ priuari administratione suorũ bonorũ
est totũ ecõtra: ⁊ regulam habemᵘ ꝙ res de facili reuertitur ad
naturã suam. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. Vel aliter
a potes tu rñdere[a] ꝙ lꝫ in. d. l. j. in prin. dicat̃ ꝙ ꝓdigus reuersus
ad sanos mores ipso iure desinat esse sub cura ⁊ interdictõe: tñ
requirit̃ sentẽtia iudicis declaratoria sup hoc, ſꝫ Sali. in. l. si pu
ta. C. de pe. here. quẽ sequit̃ Pau. de ca. hic. in. ij. colũ. facit text.
in. c. cũ ſcđm. de here. in. vj. vbi lꝫ quis incidat in penã ipso iure
tñ requirit̃ declaratoria iudicis. Ad idem text. in. l. eius qui de-
latorẽ. in pñ. ff. de iure fisci. ⁊ ibi Bart. dicit ꝙ illa fuit prima lex
que fecerit sibi honorem. teneas in iudicãdo et consulẽdo cõem
opi. stat ergo cõclusio ꝙ notorie ⁊ manifeste prodigus põt con
10 trahere ⁊ alienare anteq̃ sibi interdicatur a iudice. ¶ † Limita
istam cõem ꝯclusionẽ nisi manifeste ꝓdigus cõtraheret in vsum
manifeste ꝓdigalitatis: tũc ille cõtractus nõ teneret etiã non fa
cta interdictione a iudice per tex. in. l. si quis cũ sciret ad fi. ff. de
vsucapio. pro empto. vbi Bar. ⁊ cõiter alij, ⁊ illum text. reputat
singularẽ ad hoc Bal. in. c. ex parte. in. ij. col. de cõsue. Idẽ tenet
Abb. in. l. si diligẽti. in. vj. col. de prescri. Et per ista dicit Pau.
de ca. se anno p̃terito de facto dixisse in ardua. q. cũ quidã mani-
feste ꝓdigus cui nõ erat interdictum bonis fecisset cuidam do-
nationẽ oĩm bonorũ ꝙ talis donatio nõ valeret cũ sit manifeste
prodigalitatis q̃ non cadit in tutoribus vel agnatis furiosi qui
nõ possunt alienare. l. ab agnato. ff. de cura. furio. l. ꝯ iuris ciui-
lis regulas. ff. de pac. filiusfa. ff. de dona. Istã decisionem repre-
hendit Alexan. hic: q2 notata per Bart. in. d. l. si quis cum sciret
nõ probant opi. Pau. de ca. q2 ibi ꝯstabat ꝓdigum erogaturũ
in actũ illicitum: puta daturum scorto. Secus aũt in donatiõe
licita presertim qñ esset insinuata: cum tñ sit presumptio ꝓ actu
iudicis. l. ij. C. de offi. ciuil. iudi. c. cum inter. de re iudi. c. inter de
dona. Adde ꝙ ante eos istum casum not. decidit Bal. in consi.
cxxix. ſcđe partis: qđ incipit factũ ꝓponit̃ in terminis infrascri-
ptis. do. Pe. ⁊c. in sexto dubio. vbi querit an donatio de oĩbᵘ ca
stris suis facta notorio ⁊ manifeste prodigo cui non erat bonis
interdictũ valeat necne. prima fronte dicit videri ꝙ non valeat:
q2 quis posset esse in mũdo maior ꝓdigus q̃ iste qui tot ⁊ tanta
incõsulte profudit et ipsa euersione sui patrimonij totã substan
11 tiam suam confundit. ¶ † Contrarium determinat no. Bal. q2
donatio oĩm bonorũ valet ⁊ tenet nisi sit pñtium et futurorũ. vt
no. in. l. fi. C. de pac. ⁊. l. stipulatio hoc modo cõcepta. j. eo. proba
tur in. l. si liqueat. C. de inoffi. dona. nec dicit̃ ꝓdigus inhabilis
ad donandum ex quo nondum erat ei bonis interdictũ: vt hac
l. cum materia. Et ideo concluditur ꝙ dolo malo ⁊ machinatio
12 ne cessantibᵘ valet donatio ita immẽsa si fuit insinuata. ¶ † Se
cundo no. limita istam cõem ꝯclusionẽ ⁊ est multũ necessaria li-
mitatio ⁊ doleo ꝙ nullus scribentium eam ponat hic, ꝙ lꝫ noto
rius ⁊ manifeste ꝓdigus ante interdictionẽ factã a iudice possit
contrahere ⁊ alienare: tñ in talibᵘ alienatis ante interdictionem
ꝓuidet̃ ꝓdigo per restitutionẽ in integrũ si reperiat̃ lesus. glo.
habes expssam quã valde signa in. l. patri pro filio. in prin. in gl.

a ¶ Vel aliter potes tu rñdere ⁊c. ƌ hoc an si ille cui bonis interdictuꝫ ẽ redeat ad sanos mores necessaria sit sentẽtia sup hec declaratoria ad hoc vt desinat iterdictio. vide p Feli. in. c. sciscitatᵘ. de rescri. ver. crimẽ. circa fi. et c. rodulphᵘ. ver. sed sentẽtia declaratoria additio. co. iij. eod. titu.

in verbo interdici. ff. de mino. vbi dicit glo. egregie ꝙ si manife-
ste prodigᵘ ante interdictoinẽ ꝯtrahat vel alienet: ⁊ postea sibi
interdicat̃ bonis ⁊ det̃ curator poterit curator ꝑ restitutionẽ in
integrũ infringere tales ꝯtractᵘ per prodigũ celebratos ante-
q̃ esset sibi bonis interdictũ, ⁊ reperio ꝙ ita ꝑ illã gl. expresse te
net Bal. in cõsi. cclxxxvij. quinte partis incipiente ꝓponitur qđ
adultus prodigus. vbi dicit ꝙ ipse solus ad hoc ponderat illaꝫ
gl. ⁊ ꝙ nemo ante eũ allegat illam glo. Adde ꝙ Lud. ro. in sing.
suis singulari. ccxx. qđ incipit fui interrogatus a dño Pau. ⁊c.
formaliter querit an si notorie ꝓdigus ante interdictionem cõ-
trahat possit postea eius curator ꝯtra tales cõtractus restitui.
dicit ibi Roma. ꝙ allegabat sibi ꝙ sic. per gloss. in. l. patri pro fi-
lio. ff. de mino. in prin. sed dicebat ipse roma. ꝙ illa glo. loquitur
in minore ꝓdigo. vnde dicebat ipse Ro. ꝙ si iste ꝓdigus allega
ret iustã causam est restituẽdus: alias secus per. l. j. ⁊. l. nũc vero.
§. pretor. ff. ex qui. cau. maio. Are. hic. in. ij. col. ad fin. in discursu
sermonis nõ faciẽs mẽtionẽ aliquam de predictis tenet de dire
cto ꝯrium ꝙ si notorie ꝓdigus cõtrahat ante interdictionem ꝙ
nõ restituat̃: nihil tñ allegat Are. qđ tenẽdũ non inuenio exami
natũ ab aliquo: tñ in pũcto iuris teneo cõtra Bal. ⁊ Lud. ro. qđ
prodigus qui ꝯtraxit ante interdictionẽ q̃uis sit lesus non ha-
beat restitutionẽ in integrũ: q2 lex hꝫ ratã oẽꝫ actũ factũ añ in-
terdictionẽ: lꝫ postea sequat̃ interdictio. l. is cui lege. s. de testa.
Item cõis sentẽtia Bar. ⁊ scribẽtiũ est ꝙ manifeste ⁊ notorie ꝓ-
digus añ interdictionẽ põt ꝯtrahere: ergo nõ debẽt cũ eo ꝯtra
hẽtes decipi sub autoritate legis. l. j. in fi. C. de his q ve. eta. ipe.
13 magna tñ est autoritas Bal. ⁊ Lud. ro. ¶ † Querit Bar. an p̃-
conizatio vel proclama iudicis ꝙ nullus contrahat cũ tali suffi-
ciat, vt ꝑ hoc videat̃ ei interdicta administratio. cõcludit Bar.
post Guid. de suza. ꝙ non. ꝯ Bart. tenent oẽs Moder. hic post
Bal. in. l. j. ff. de cura. furio. qñ tale proclama fieret cum cause co
gnitione. iuxta. l. obseruare. ff. de cura. furio. ratio q2 iudex ꝓhi-
bẽdo ꝯhentibᵘ ne cũ eo cõtrahãt dicit̃ per ꝯsequens ei interdi-
cere administrationẽ bonorũ, per regulam. l. fi. in fi. C. de indi. vi
dui. tol. Adde hñ facere in simili text. bonũ in. l. vero ꝓcuratori.
§. j. ⁊ ibi Bar. no. ff. de solu. vbi dicit tex. pone dñs cõmisit debi-
toribus suis qđ soluerẽt titio, postea ꝓhibuit titio ne reciperet
a debitoribᵘ: videt̃ ꝓhibuisse debitoribᵘ ne soluerent sicut econ
tra. in. l. q hoiem. §. si titium. ff. de sol. Itẽ inquantũ subdit Bar.
ꝙ iudex dando curatorẽ alicui videtur sibi interdicere admini-
strationẽ. ita etiã Bar. s. ꝓxime. ꝯ ꝯtrariũ tenent Bal. et Ange.
hic, ꝑ id qđ tenet Imol. in. c. grandi. de sup. negli. prela. in. vj. vñ
ꝓ Bar. facit ſm Imo. regula. l. illud. ff. de acq. here. Tu pro cõ-
clusione Bar. adde bonũ tex. in. l. j. in prin. in ver. sed solent. ff. de
cura. furio. vbi dicit tex. ꝙ olim lex. xij. tabu. interdicebat admi-
nistrationẽ prodigis: sꝫ hodie solent presides vel pretores cura
torẽ dare adultis vel prodigis qui dilapidãt bona sua nulla ha-
bita rõne expensarũ. Pondera ꝙ ibi est text. ꝙ pretor dando cu
ratorẽ intelligit̃ interdicere administrationẽ bonorũ. alibi tamẽ
idem Bar. qui videt̃ aliqualr̃ sibi contrariari in. l. j. in pe. q. ff. de
noua. dicit ꝙ per dationẽ tutoris vel curatoris factã pupillo vel
adulto imo generaliter nõ interdicit̃ alicui administratio quin
possit ea que sunt iurisgentium: lꝫ non ea que sunt iuris ciuilis.
14 ¶ † In tertia parte glo. ibi. Itẽ qđ si nõ ꝓdigo. in isto pulchro
passu qñ iudex interdicit administrationẽ alicui tanq̃ prodigo
qui in veritate nõ est ꝓdigus an talis interdictio valeat necne.
In isto passu sunt quatuor opiniones hic relate ꝑ Bar. Prima
est, ꝙ talis interdictio indistincte nõ valeat, quã tenet gl. hic ⁊ in
l. si putas. ⁊ ibi Cy. C. de peti. here. ⁊ glo. in. l. iij. ⁊ ibi Cy. C. quan
do prouo. non est neces. istam tenent Ray. Ang. Imo. ⁊ Alexã.
hic. ⁊ Ioan. fab. in. §. furiosi. insti. de cura. per tex. in. d. l. seie. alle
gata in glo. ⁊ in. l. tutor si petitus. ff. de tut. ⁊ cura. da. ab his. qui
text. in dicto ⁊ ratione fortiter facit, ⁊ vult dationem tutoris vel
curatoris esse nullam quãdo falsa est causa adiecta. Et istã opi-
nionem quia est communior defensabo intra proprijs fundamen-
tis. Secunda est opi. ꝙ imo talis interdictio valeat q̃uis in ve
ritate non sit prodigus propter autoritatem iudicis interdicẽ-
tis. ita tenet glo. in. l. si ab eo. de vsucapio. ⁊ in. §. item prodigus.
insti. quibus non est permissum facere testa. et in. d. l. seie. Istam
opi. tenet Bart. ⁊ magis communiter doctores cum distinctiõe
quam statim referam. ⁊ distinctio Bar. nõ est proprie distinctio
sed solum respõsio ad. l. seie. ⁊ ad. l. tutor si petitus. que tamen iu-
ra nõ bene tolluntur per responsionem Bart. ⁊ dicit Raph. cu.
ꝙ ista est ꝯmunis sententia: ergo in practica non esset in consu-
lendo ⁊ iudicando ab ea recedendum. Addo licet scribentes nõ
dicãt, ꝙ idem tenet Ioan. and. supreme autoritatis in addi. ad
Specu. in titu. de instrumen. edi. §. compendiose super versi. ter
tio si fuerit. sequitur Alex. sibi contrarius in cõsi. clxxxij. quinti
volu. qđ incipit super eo de quo queritur. vbi tenẽt Ioan. an. et
Alex. cum dictis gl. ꝙ si iudex interdixisset alicui tãq̃ prodigo
cum non

cum non sit prodigus qd tamen testari poterit. Pro ista cõmu-
ni bene facit tex.in.l.penul.ff.de cura.furio.quã allegat Bart.sꝫ
nõ inducit, vbi est tex.ꝙ si pater in testamẽto dat curatorẽ filio
tanꝙ prodigo qui nõ est prodigus, qd tamen valet testamentũ:
et datio curatoris,⁊ iudex debet ꝯfirmare: ergo idem debet esse
in iudice si interdicit alicui tanꝙ prodigo qui reuera nõ est, qd
debet valere. arguendo de testatore ad iudicem, ꝙ argumentũ
est bonum.l.non est mirum.ff.de pigno.actio. Sed potes ad hoc
respõdere ꝙ lex maiorem confidentiã capit de patre ꝙ de iudi-
ce: qꝛ pater debet habere ⁊ habet magis notos mores filij ꝙ ha
beat iudex: ideo nõ est bonũ arguere de maiori ad minus. Pre
terea quãdo pater dat filio curatorem tanꝙ ꝓdigo qui non est,
debet iudex cõfirmare dationem curatoris: sed quando iudex
dat curatorem tanꝙ prodigo qui non est reuera prodigus, non
est alius qui confirmet dationem curatoris ipsius iudicis. Ter
tia est opi. Dy. ꝙ aut error est expressus in sententia ⁊ nõ valet:
aut non est expressus ⁊ valet. Istam distinctionem impugnant
Iaco.de are.⁊ Pet.de bella per.tenendo glo.per tex.in.l.tutor
si petitus. Sed certe ista impugnatio non videtur bona: qꝛ cum
tractetur de maiori preiudicio in his que sunt immutabilia: ta
men in eis fit distinctio predicta: ergo fortius distinguet̃ in his
que tempore mutantur cum in eis tractet̃ de minori preiudicio.
Quarta est opi. Bart. distinguẽtis: aut loqmur qñ datur tutor
vel curator illi cui non debet dari: ⁊ isto casu non valet. aut quã-
do datur prodigo qui nõ est, ⁊ non valet si error exprimatur ⁊c.
vt hic per Bar.cum ista distinctione Bar.trãseunt Pau.de ca.
Rapha.cu.hic: ita etiam tenet Barto.in.d.l.seie. Bal.⁊ Sali.in
d.l.si putas.C.de peti.here.⁊ in.l.j.C.quando prouocare nõ est
necesse in.l.j.C.de cura.furio. Abb.in.c.j.ad finem.de re iudica.
15 ¶ † Istam distinctionem repꝛhendit Ange.hic.⁊ mordet Bar.
de ineptitudine qd inepte et male loquatur. Primo dum dicit
ꝙ natura declarat etatem est inepte dictũ: qꝛ natura bene indu
cit etatẽ: sed iudex eam declarat.l.minor.xxv.an.⁊.l.de etate.ff.
de minori. Preterea ⁊ fortius confunditur doctrina Bar.per.l.
tutor si petitus.ff.de tuto.⁊ cura.da.ab his.cui legi Barto.non
bene respõdet, vbi habere tutorẽ vel curatorem nõ dependet a
natura.vt hic per Ange.non obstat tex.in.l.j.§.idem pompo.ff.
ꝙ fal.tuto.auto.inducẽdo vt hic per Bart.⁊ clarius per Bar.⁊
Cy.in.l.licet.C.de procura. qꝛ procedit quo ad validandum tan
tum vnum actum gestum coram iudice propter autoritatem iu
dicis: qꝛ iudex potest validare actum qui coram eo geritur.l.ho
nor.C.qui admit.l.si infanti.C.de iure deliberan. Quid tenẽdũ
licet articulus sit disputabilis: tamen in puncto iuris teneo pri
mã opi.glo.⁊ cõsequenter subtilis Pet.de bella per.ꝯtra Bar.
et sequaces ꝙ interdictio iudicis facta alicui tanꝙ ꝓdigo qui
non sit reuera prodigus qd nihil valet talis interdictio. Et pro
ista sententia stringit fortiter vnum fundamentum cui nõ video
reale respõsum: quia si quis efficiatur sane mentis post interdi-
ctionẽ sibi factam a iudice ipso iure tollitur interdictio. tex.est
in.l.j.in fi.in prin.ff.de curato.furio.firmat Bar.ĩ.in sequenti q̃-
stione: ergo multo fortius a pn.si quis est sane mentis impedie-
tur qd sibi non fiet interdictio.arg.l.patre furioso.ff.de his qui
sunt sui vel alie.iur.c.quẽadmodum.de iureiuran. Huic funda-
mento, Pau.de ca.hic respondet post Sali.in.l.si putas.C.de
peti.heredi.ꝙ imo prodigus q efficitur sane mentis non redijt
ipõ iure: sꝫ requirit̃ declaratio iudicis qd redierit ad sanos mo
res: ita etiã hic nõ debet cessare interdictio nisi declaretur per
iudicem ꝙ non sit prodigus. Sed aduerte: qꝛ istud simile Pau.
non est bonũ: qꝛ in primo casu mutat statum: qꝛ erat prodigꝰ et
reuertit̃ ad sanos mores: ergo qꝛ mutat statũ bene ibi requiri
tur declaratio iudicis. Sed in scdo casu semp fuit sane mentis:
ideo nõ est opus alia declaratione iudicis per ea q̃ tradit Bar.
in.l.si prius.ff.de ope.no.nuntia. Alio modo respondet Raph.
cu.hic.nam notoria prodigalitas nõ impedit ipso iure admini
strationẽ.sed notoria sanitas bene tollit ipso iure interdictionẽ:
qꝛ res de facili reuertitur ad naturam suã, ergo facilius debet
conseruari in natura sua per regulã.d.l.patre furioso. ⁊ sic per
istam rationem teneo cũ opi. Pe.de bella per. Confirmat̃ secun
do ꝑm Cuma. qꝛ non dꝫ actus interdictionis aliquo tpe incboa
ri qd si esset incboatus finiretur, ita arguit iurisconsultus in.l.
j.§.si impuberi.ff.de colla.bono.facit tex.in.l.titio cũ moriet̃.ff.
de vsufru. Tertio ꝯfirmat̃ qꝛ impossibilitas de iure ⁊ de natura
equiparant̃.l.si filius.ff.de condi.insti.sed qñ in sententia ꝯtine-
tur aliquid impossibile de iure ⁊ de natura, ipso iure est nulla.l.
fi.ff.q̃ sen.sine appella.rescin. ergo idẽ si cõtineat impossibile de
iure qd interdicat̃ ille qui nõ est ꝓdigus tanꝙ ꝓdigo. Et ꝓ opi.
Pet.stringit ineuitabiliter text.in.l.seie.⁊ in.d.l.tutor si petitꝰ.
ff.de tuto.⁊ cura.da.ab his.quibus Bart.non bene respondet.
16 ¶ † Extra glo.in.q.j.Bar.si ꝓdigus redeat ad sanos mores an
ipso iure tollat̃ interdictio cõcludit Bar.qd sic si sit notoriũ eũ
redijsse ad sanos mores alias requirit̃ sentẽtia declaratoria. vt
per Pau.de ca.⁊ Alex.hic, per text.in.c.cũ scdm.de here.in.vj.
⁊.l.eius q delatorẽ.ff.de iure fisci.⁊ idẽ etiã tenet Sali.in.l.si pu-
tas.C.de peti.here. Adde vltra eos qd ille cui datꝰ est curator
vt prodigo cum non sit prodigus potest petere ꝓnuntiari se re
dijsse ad bonos mores vt recuperet administrationem bonorũ
suorũ. ita Bar.in.l.de etate.in prin.ff.de mino.in vlti.q.prime q̃-
stionis principalis per illum tex. Scdo adde ꝙ si aliquis prodi
gus cui fuit bonis interdictum postea fuit assumptus inter pri-
mos ciuitatis vel effectus decurio ciuitatis: tñ non intelligitur
sublata interdictio quasi ad sanos mores redierit. text.est no.in
l.j.ad fi.C.qui et aduer.quos ⁊ ibi Bar.in fi.ad hoc multũ no.
illum text.⁊ dicit quod vidit illo anno illam questionẽ de facto.
17 ¶ † Scdo querit Bar.an ꝓdigus delinquẽdo obliget̃, videtur
qd sic qꝛ equiparatur pupillo doli capaci quẽ cõstat ex delicto
obligari.l.auxilium.in prin.de mino.⁊.c.j.⁊.ij.de delic.puerorũ.
idem Bar.in.l.si quis in tantã.in.iij.colũ.C.vnde vi. Istam ra-
tionẽ Bar.reprehendit Pau.de ca.⁊ bene, qꝛ imo in his q ten-
dunt ad dãnum ⁊ preiudicium prodigus equiparatur furioso ⁊
nõ pupillo.vt hoc tex.in fi.sed furiosus ex delicto non obligatur
qꝛ non dꝫ addi afflictio.l.diuus.§.j.ff.de offi.presi.idem ipsemet
Bar.sibi ꝯtrarius in.l.si curatorẽ habẽs.C.de in integ.rest. te-
net ꝙ ꝓdigus equiparet̃ pupillo in contrahẽdo nõ in delinquẽ
do. Tñ conclusionẽ Bar.qd prodigus delinquẽdo obligetur, fir-
mat Pau.de ca.meliori ratione hic.qꝛ qd prodigus non oblige
tur cõtrahendo fuit introductũ in eius fauorem ne eius bona
dissiparet, ⁊ qui delinquit non est fauore dignus.l.relegatorũ.
in fi.ff.de interdi.⁊ releg.vt hic per eum.⁊ licet ipse non dicat.añ
eum fuit ratio Bart.in.l.si quis in tantam.in.iij.colũ.j.q.de pro
digo. Cõfirmo istam conclusionem cõem quod obligetur prodi
gus delinquendo: qꝛ si prodigus committat homicidium debet
ad mortem condemnari. Ita decidit Bal.in.l.furiosum.ad fi.C.
qui testa.face.pos.⁊ Angel.in.l.fulcinius.§.adeo.ad fi.ff.ex quib.
cau.in pos.ea.vbi formaliter dicit quod si ꝓdigus percutiat vel
occidat aliquẽ: ita punit̃ sicut quilibet alius. Aduerte tamẽ in-
quantũ Bart.saluat glo.in.l.si qs in tantam.vt procedat in his
que alienationem respiciũt. Dic ꝙ Bar.male loquitur. Primo
qꝛ reprobat̃ per doc.ibi.⁊ dicit Ange.in.d.l.fulcinius.§.adeo.in
fi.quod illam gl.reprobant doc.oẽs, imo in prodigo ratione de-
licti põt prodigus puniri de delicto commisso in faciendo: quia
si non parcitur prodigo delinquenti quantum ad penam corpo
ralem ⁊ vite multominus debet ei parci quantum ad penam pe
cuniariam ꝙuis alienationem respiciat: quia quelibet minima
corporalis pena est maior quacunꝙ pena pecuniaria.l.in seruo
rum.ff.de pe.cõclude ergo qd prodigus delinquendo puniri de
bet ⁊ corporali ⁊ pecuniaria pena. ¶ Limita procedere in deli-
ctis in faciendo. Secus si in omittẽdo vel negligẽdo: puta si nõ
vendicaret necem defuncti vel si mater prodiga nõ peteret tuto
rem filijs nõ priuaret̃ successione filij.iuxta.l.sciãt.C.de legi.he
re.qꝛ omittẽdo sibi parcit̃.l.fulcinius.§.adeo.ff.ex q.cau.in pos.
ea.vbi si ꝓdigꝰ latitat ⁊ nõ ꝯparet ei parcit̃ scdm oẽs hic.⁊ An-
18 ge.in.d.l.fulcinius.§.adeo.ꝑ illũ tex. ¶ † Tertio q̃rit Bar.an ꝓ
digus cui est interdictũ bonis iurãs in cõtractu obligetur ⁊ te-
neatur ad obseruantiã iuramenti. cõis opi.est pro parte negati
ua cũ Bart.qd nõ.prout dicit Barto.se consuluisse.⁊ qd ita con
suluit quidã valens canonista.⁊ lꝫ eum nõ nominet est Fede.de
se.qui consuluit in ꝯsi.xxxj.qd incip.minore.xxv.an.et ita tenent
cõiter doc.hic.⁊ in multis alijs locis hic relatis per do. Alexã.
Et vltra eũ idem ꝯsuluit Bal.in ꝯsi.cclx.secunde partis.incip.
Guilielmus adultus petijt sibi dari curatorem.in vlt.dubio.qd
cõsiliũ est repetitũ.in.v.parte. Pro ista cõi sententia adducunt̃
quinꝙ principales rõnes. Prima est Iac.de are.relata ꝑ Bar.
que videt̃ ceteris oibꝰ melior.qꝛ in iuramẽto requiritur rectũ
iudiciũ ⁊ discretio.c.⁊ si christus de iureiur.cũ iuramẽtũ debeat
habere tres comites iustitiã veritatẽ ⁊ iudiciũ.gl.in aut.qd eis.
C.de nuptijs.lꝫ ꝓdigus nõ hꝫ ista.l.j.in pn.ff.de cur.furi.⁊.l.his
q.in fi.ff.de tut.⁊ cura.da.ab his.pꝫ qꝛ equiparat̃ furioso.vt hoc
tex.in fi. Sꝫ huic rõni potes rñdere qd etiã i pupillo ⁊ in mulie
re nõ adest rectũ iudiciũ nec discretio.⁊ tñ iurãdo in ꝯtractu obli-
gant̃.vt.ĩ.dicet̃. Scda est rõ Bar.qꝛ ꝓdigus ꝯhẽdo facit ꝯ ꝓhi
bitionẽ huiꝰ legis.⁊ sic peccat mortaliter: qꝛ nõ obedit superio-
ri.c.ij.de maio.⁊ obe.c.qui resistit.xj.q.iij.ergo iuramentũ eũ nõ
ligat: qꝛ ꝯ legẽ ⁊ sine dispẽdio salutis eterne põt non seruari.c.si
vo.⁊.c.cũ ꝯtingat.de iureiur.glo.in.c.lꝫ mulieres.e.ti.de iureiu.
In.vj. Et ante eũ ista fuit rõ Fede.de se.in preallega.consil.xxxj.
Istã rõnẽ etiã assignat Bar.in.d.l.si qs ꝓ eo.in.iij.membro.⁊ in
d.aut.sacramenta puberum.circa mediũ: ⁊ in aut.decernit ius.
C.de arbi. Ista rõ Bar.repꝛhendit̃ cõiter per scribẽtes hic ⁊ in
locis prealle.triplici medio. Primo, qꝛ ista lex nõ prohibet ꝓdi
go qd non ꝯtrahat: sed resistit cõtractus effectui, dicendo vt nõ

obligetur ergo cessat rõ Bar. ¶ Scdo posito qd ista lex prohiberet prodigũ contrahere non est verum q̃ cõtrahendo peccaret mortaliter cũ ista prohibitio sit facta eius fauore, ergo censetur potius consiliũ q̃ prohibitio. l. cum pater. §. mando. ff. de leg. ij. l. ij. ff. mãda. l. titio centũ. in prin. ff. de condi. & demon. & in specie ita ad terminos nostros. ita dicit glo. in. c. quis nesciat. x. dist. tenent canoniste. in. c. nã cõcupiscentiã de cõstit. ¶ Preterea & tertio ista ratio Bar. cõfundit per text. in. l. nõ solũ. & in. l. si qdẽ. C. de predi. mino. vbi lex prohibet minori ne cõtrahat: & tñ si contrahat cuz iuramento valet. d. auth. sacramẽta pube. simil'r cõfundit per tex. in. l. j. §. et cũ lex. C. de rei vxo. ac. iũcta. l. lex iulia. ff. de fun. dot. et tñ si cõtrahit cũ iuramento valet. d. c. cũ contingat. ¶ Tertiã rõnẽ assignat Bal. & Ang. hic: qr cũ in prodigo cõtrahẽte nõ cadat naturalis obli. vt hoc tex. & dixi. s. in text. ergo iuramentũ nõ hz locũ. l. fi. C. de nõ nu. pec. ¶ Istã rõnẽ reprehẽdit Pau. de ca. hic: qr qui tenet' seruare iuramentũ cõpellit' officio iudicis ad obseruãtiã, nõ iure actionis: qr ex iuramẽto nõ orit' actio: vt hic per eũ: nam officiũ iudicis nullã presupponit obligationẽ. l. qui p collusionẽ. Ista respõsio Pau. de ca. nõ esset bona per illud q̃ dixi in tex. ¶ Quartam rõnem assignat Bexu. hic: qr prodigalitas est vitiũ & cõtradicit liberalitati que est virtus. c. ex parte. vbi glos. de consuetudine: ergo iuramentum tanq̃ cõtra bonos mores non est obligatoriũ: & in regu. nõ est obligatoriũ. de reg. iur. Confirmo qr iuramentũ nõ debet esse vinculũ iniquitatis. c. j. de cõsue.
19 in. vj. sed ad istã rõnem rñdeo no. † naz iuramentũ cõtra bonos mores nõ est obligatoriũ &c. illa regula procedit qñ iuramentuz est cõtra bonos mores nature vel quasi. Secus qñ est contra bonos mores ciuiles: tũc iuramentũ est obligatoriũ: ita no. declarat Bal. in. l. pactũ dotali. in. xix. qõ. C. de colla. ¶ Quintã & vltimã rationem assignat do. Abb. in. c. cũ cõtingat. in. xj. colũ. de iure iurã. qr iudex interdicendo administrationem prodigo videt' ex iusta causa presumere dolũ & fraudẽ secũ cõtrahentiũ: ergo iuramentũ non obligat ratione presumpte fraudis: vt ibi. Tu cõfirma istam rationẽ: qr qñ quis est notorie prodigus & est ei bonis interdictũ a iudice certe contrahẽs cum tali censetur esse in dolo ergo dolus facit vt iuramento nõ oblige'. vt est tex. in. d. aut. sacramẽta pub. & in. d. c. cũ cõtingat. ¶ Quid tenendũ. Licet ista sit cõmunis opi. a qua in consulendo & in iudicãdo nõ esset tutũ recedere: tñ contrariã opi. tenent Anto. de but. & Jmo. in. d. c. cuz contingat. in primo membro principali. Ludo. roma. & Are. hic omissis leuibus pro ista parte cõtra communem ineuitabiliter stringit vnum fundamentũ cui non potest bene responderi. Nã pupillus doli capax & mulier in fundo dotali non obstante prohibitione legis si contrahãt & iurent propter iuramentum obligãtur, de primo quod pupillus cum iuramento oblige'. text. est in. c. ex literis. el. ij. de spon. & tex. in. c. j. de delictis puerorum. & in. l. qui iurasse. ff. de iureiur. & firmant communiter scribẽtes. in. d. aut. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. de secundo qd mulier cõtrahendo de fundo totali si contrahat & iuret qd teneatur ex iuramẽto est tex. in. d. c. cũ contingat. & in. l. licet mulieres. de iureiurã. ergo idem dicemus in prodigo qd nõ obstãte prohibitione huius legis qd teneatur si contrahat cũ iuramento, cõfirmatur, qr prodigus cui est bonis interdictũ equiparatur adulto habẽti curatorẽ. l. si curatorẽ habens. C. de in integ. rest. ergo si prodigus cõtrahat cum iuramento obligabit'. in isto fundamento iacet difficultas istius articuli. ¶ Huic strictissimo fundamento reperio dari varias solu. q̃ nihil valent. Primo rñdet Bar. faciendo differentiã an ꝓhibitio legis vel statuti sit in psonã vel in rẽ: qr si ꝓhibitio sit in personã vt dicit esse in casu nostro vbi lex ꝓhibet psonã prodigi ne possit cõtrahere: & tunc si cõtrahat cũ iuramẽto nõ obligaret' qr faceret cõtra legem & peccaret mortaliter. si aũt fieret prohibitio in rẽ: vt est in minore & muliere: et tũc qñ ꝓhibitio est in rem bene mulier vel pupillus cõtrahẽdo cum iuramẽto obligant'. Istã differentiã facit etiã vbiq; Bar. in. d. l. si qs pro eo. in. iij. & v. mẽbro. ff. de fideiuss. & in. d. aut. sacramẽta. & in. l. seius & augerius. ff. ad. l. fal. ¶ Ista differẽtia Bar. est falsa et cõsequẽter falsa est eius solu. & per oẽs reprehendit' tã canonistas quã legistas. Sali. Raph. Fulg. in. d. aut. sacramẽta. Raph. cu. in. d. l. si quis p eo. cano. in. d. c. cũ cõtingat. vbi Abbas. in. v. col. et idem Abb. in. c. petitio. in. v. no. per illũ text. de iureiur. & in. c. ad apostolicã. de regulari. in. j. no. & latius in disputatiõe sua incip. stãte statuto. Istã differentiam Bart. etiam late reprehẽdit Alexã. in consi. xxvij. in. j. vol. qd incip. viso libello producto per procuratorẽ. Pet. in antep. colũ. & duabus seqũtibus. & consi. c. iiij. vol. qd incip. cũ statutũ per. x. fundamẽta q̃ ante euz fuerunt do. Abb. in. c. cũ contingat. in. iiij. & v. col. et in dicta disputatiõe incip. cum statuto. Et ex multis stringit cõtra Bar. qr prohibitio in re censetur etiã in persona: imo prohibitio in rem presupponit prohibitionez in personam: qr res per seipsam non põt se alienare nisi alienetur p personam. Et sic nõ refert cũ quo lex loquatur sed in quẽ effectus prohibitionis dirigatur. dicit text. in l. cũ pater. §. donationis. ff. de leg. ij. Preterea fortius dicit tex. in. l. si quidem. & in. l. non solum. & in. l. si ad resoluendã. C. de prediis mino. in quibus verba prohibitiua sunt in personã minoꝝ & tñ cõtractus firmat' iuramẽto, similiter in. d. l. ij. & in. d. l. lex iulia. ff. de fun. do. prohibitio est in psonaz mariti: & tñ si alienat cũ
20 iuramento oblige'. d. c. cuz contingat. † Preterea generalior & fortior est ꝓhibitio q̃ fit in rẽ q̃ q̃ fit in psonã. vt est tex. valde no. in. l. aut qui aliter. §. fi. ff. qd vi aut clã. Et sic ista prima solu. Bar. sine dubio est falsa. Alias duas sol. ponit Ang. hic quas refert & simpliciter sequit' Alex. hic. ¶ Tu ergo tenẽdo cõez sententiã potes quarto modo rñdere ad fundamentũ. s. dictũ ex mẽte Fed. de se. in preallegato cõsi. xxxj. Et credo qd ista sit melior solutio seu rñsio que possit accõmodari, qd in ꝓdigo cui est bonis interdictum adest expressa prohibitio & interdictio iudicis: sed in minore & muliere adest solum interdictio legis: sed sic est qd fortior est interdictio iudicis quã legis: qr mitius agit' cũ lege quaz cũ hoie eius ministro. l. celsus. in prin. ff. de arbi. & qd istud sit veruz ptz expresse: qr interdictio legis non impedit minorem obligari naturaliter. l. j. in fi. de noua. & tñ hic interdictio iudicis impedit ne ꝓdigus obligetur naturaliter. tex. est hic: ergo ptz qd fortior est prohibitio iudicis in prodigo quam legis in muliere vel mi-
21 nore. † Hinc dixit opportune Bar. in. l. j. in fi. de noua. quod si iudex interdiceret pupillo vel minori administrationẽ qd tũc non obligatur etiam naturaliter: ita etiã tenet Bal. in. c. j. §. itẽ sacramentũ. in pe. q. de pac. iura. fir. Et sic nõ est bona argumẽtatio a pupillo & muliere in quibus est prohibitio legis, ad prodigũ in quo adest ꝓhibitio iudicis. & sic ex separatis nõ est bona illatio. l. inter stipulãtẽ. §. sacrã. j. eo. Preterea mulier põt facere testamentũ. l. qua etate. ff. de testa. sed non ꝓdigus cui est bonis interdictũ. l. is cui lege. ff. de testa. §. itẽ prodigus. insti. quibus nõ est permis. fac. test. Ista mihi videt' realis responsio.

1 ¶ Conditio impossibilis vitiat stipulationẽ quãdo est impossibilis de natura vel de iure. nu. 2.
3 Conditio impossibilis nõ impedit oriri condictionẽ ob causam.
4 Conditio impossibilis vitiat cõtractum sed modus impossibilis non impedit obligationem oriri.
5 Promissio sub impossibili conditione vitiat stipulationem qñ a principio fit talis promissio sub conditione impossibili.
6 An conditio impossibilis vitiet donationem causa mortis.
7 Conditio impossibilis negatiue cõcepta non vitiat nec suspendit, qd tñ fallit in cõditione impossibili de iure: sec' si de natura.
8 Conditio necessaria licet in futurum tempus cõcepta cũ sit omnino extituta dicitur esse pura.

Impossibilis.

Conditio impossibilis vitiat stipulationẽ: sed necessaria non suspẽdit neq; vitiat. h. d. & habet duas partes. secũda ibi, aliter atq;. ¶ † Nõ. j. ex isto tex. qd
1 conditio impossibilis vitiat stipulationẽ. vt hic. & §. si impossibilis. insti. de inuti. stipu. l. certi cõdictio. §. qñ. in ver. itẽ q̃ri põt. ff. si cer. peta. ¶ Item vitiat oẽm contractum etiaz bonefidei. l. nõ solum. ff. de act. & obli. ratio est: qr promittens sub conditione impossibili non videt' habere animũ nec voluntatẽ se obligãdi. istã rationẽ assignat tex. in. l. non solũ. ad fi. s. tit. j. & text. in. l. cum heres. §. j. in fi. ff. de statu libe. & cõsequenter cõtrahentes: qui apponunt scienter conditionem impossibilẽ dicunt' truffatorie agere vt in iuribus prealle. facit text. ad. l. an inutilis. in princ. ff. de acceptil. ¶ Adde q̃ conditio impossibilis in tñ vitiat contractum q̃ ex eo nõ oritur obligatio aliqua etiam naturalis. vt probat tex. in. l. impossibilium. ff. de reg. iur. dũ dicit impossibilium nulla est obligatio. põdera tex. dicẽtẽ nulla, ergo etiã nec naturalis: & ita pondera glo. no. & magistram in regula nemo põt. de reg. iur. in vj. ¶ Adde qd istud clarius probatur. in. l. si sub impossibili. et ibi Bar. ad hoc no. ff. de fideius. vbi stipulationi cõcepte sub cõditione impossibili nõ põt accedere fideiussor: ergo ptz q̃ ex ea nõ oritur etiaz obligatio naturalis: qr si oriretur posset accedere fideiussor. l. fideiussor obligari. ff. de fideius. imo plus. ꝓbat ille tex. q̃ non oritur officiũ iudicis: quia etiã accederet fideiussor: si oriretur officiũ iudicis. ¶ Ista regula quod conditio impossibilis vitiet contractum limitatur primo ẽm Roma. & Alexan. hic, non habere locũ in contractu matrimonij: qr fauore matrimonij cõditio impossibilis non vitiat contractum matrimonij: imo ipsa cõditio vitiatur. vt est tex. in. c. fi. de conditionibus appositis. et ita tenet glo. in. l. j. in gl. magna. ad fi. & ibi Bar. ff. de condi. insti. ¶ Tu dic melius q̃ si conditio impossibilis apponitur circa substantiam matrimonij: & tunc bene vitiat matrimonium: nec per copulam sequentem confirmatur. tex. habes in illo. c. fi. de cõdi. apposi. et ibi Hostien. do. Anto. de butr. et alij ibidem multum notant illum text. ¶ Si autẽ conditio impossibilis non fit contra substantiam matrimonij: tunc bene verum est qd non vitiat matrimonium

trimonium:sed reijcitur ipsa conditio impossibilis: exemplum contraho matrimoniuz cum muliere si homicidium vel furtum cõmiserit:tũc illa ꝯditio reijcitur:qꝛ nõ est circa substantiã ma-
2 trimonij:ita loquitur tex.in illo.c.fi.de ꝯdi.apposi. ¶ † Secũdo limita regulã huius tex.qñ conditio est impossibilis de natura vel de iure cui ius resistit:tũc vitiat stipulationem vel ꝯtractuz. Secus si lex nõ resistat nec sit cõtra bonos mores lz nõ assistat: tunc vt pena promissa euitetur debet impleri de facto:lz impossibile sit ꝙ impleatur.l.quidam cum filium.ꝛ ibi Bart.no.in pe. col.ꝫ.eo.idẽ Bar.in.l. vbi pactum.in vlt.col.C.de transac.ꝛ in.l. j.in.iij.col.ff.de condi.inst. Jo.de imo.ꝛ Moder.hic.facit tex.in l.mulier.ff.de condit.institu.ꝛ.l.meuius.ff.de conditio.ꝛ demõ.
3 ¶ † Tertio limita ꝙ lz conditio impossibilis vitiet oẽm cõtractum ꝛ sic impediat obligationem ex ea oriri: tñ nõ impedit oriri conditionem ob causam que non oritur ad perficiendum contractum:sed ad resoluendum:ita loquit lex si militẽ.ꝛ ibi Bart. C.de cõdictio.ob causam.et Bart.in.l.non solum.ꝫ.titu.j.et in l.j.iij.colũ.ꝫ.de condi.insti.facit tex.in.l.fi.§.j.ff.de condi.ob.turpẽ causam. Sed tu aduerte qꝺ Bar.hic:ꝛ in oibus locis pꝛeallegatis videtur decipi in illis.ll.quia illa iura:scilz.d.l. si militez.ꝛ l.iij.§.si liber.de ꝯdi.ob cau.non loquuntur de condi.impossibili.vt dicit Bart.et glos.in.d.l.nõ solum.sed loquuntur de modo impossibili.ꝛ nos habemus qꝺ licet conditio impossibilis vitiet contractum.tamen modus impossibilis non vitiat:nec obligationem nec contractum.gl.est no.quam Ange.hic dicit sing. in l.cum donationis.in gl.magna.ad fi.C.de transac. Ratio diuersitatis est in promptu:qꝛ in cõditionibus obligatio oritur ex cõditionis euentu:qꝛ donec pendet conditio tandiu pẽdet ortus obligationis.l.cedere diem.ff.de verbo.signi.ergo si cõditio sit impossibilis vitiat obligationem.ꝛ consequenter vitiat ortum obligationis. Secus est in modo:qꝛ modus non impedit ortum obligationis:qꝛ anteꝗ modus impleatur dispositio habet suuz esse perfectum.l.cum ab eo.ff.de contrahen.em.l.j.ꝛ.ij.vbi gl. C. de his que sub modo:ergo impossibilitas modi nõ habet impedire ortum obligationis qꝛ iam orta est:ꝛ facilius impeditur aliquid oriri quã tollatur iam ortum.arg.l.patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel alie.iur. ¶ Et ex hoc habes quartam no. limita-
4 tionem ꝛ necessariam † qꝺ conditio impossibilis hñ vitiat cõtractum:sed modus impossibilis non vitiat nec impedit obligationem oriri.et adde ad istam limitationem qꝺ vult Barto.in.l.codicillis.ff.de lega.ij.Confirmo per id qꝺ vult text.not. in simili: in.l.demonstratio falsa.§.qꝺ autẽ iuris.ff.de condi.ꝛ demon.vbi falsa causa de pꝛeterito vitiat conditionẽ:sed non vitiat modũ.
5 ꝛ ita habes quartam limitationem ad tex.nostrum. ¶ † Quinto limita regulã huius tex.quod promissio sub impossibili conditione vitiat stipulationẽ:istud est verũ qñ a prin.fit talis promissio sub cõditiõe impossibili:ita loquit tex.hic cũ alijs iurib⁹ pꝛeallega.Secus qñ a prin.ꝓmittit aliqd possibile puta promitto me vel aliũ sistere in iudicio:ꝛ renuntio exceptionib⁹ q̃ mihi possent ꝯpetere ex futura impossibilitate:ꝛ sic volo teneri etiam qꝺ sit impossibile me venire. Ista specialis renũtiatio nõ inducit obligatiõnẽ sup impossibili:sꝫ remouet solũ obstaculũ exceptionis supuenientis ex impossibilitate:ergo valet. Ita limitat Bar.istã regulã.in.l.sꝫ ꝛ si qs in.§.q̃situ.in.j.colũ.in fi.ꝑ illũ text. ff.si qs cau.ꝛ ibidẽ Albe.ꝛ Ange. Tu dic melius et plani⁹ qꝺ in illo.§.nõ tractat de impossibilitate:sꝫ solũ de difficultate q̃ non vitiat.l.ꝯtinuus.§.illud.ꝫ.e.ẽm.Bal.ꝛ Raph.Fulg.ibi.ꝛ ista est
6 planior rñsio. ¶ † Nũqd regula huius tex.ꝓcedat in dona.cau. mor.q̃ hꝫ mixtã naturã.iuxta.l.fi.C.de do.cau.mor.Imo.ꝛ Ro. hic.ꝛ Bal.ꝛ Ange.in.l.j.ff.de ꝯdi.ꝛ demõ.tenẽt qꝺ nõ ꝑ tex.in.l. que sub ꝯditione.§.hoc edictũ.ff.de cõdi.insti.quẽ Ange.ibi reputat sing.Alex.hic dicit qꝺ nõ reperit aliquẽ tenere cõtrariũ: sꝫ qꝺ ipse putat ꝯtrariũ.Sed aduerte:qꝛ ẽm istã opi.Alex.cõditio impossibilis vitiaret do.cau.mor.qꝺ nõ credo ꝑ ea q̃ dixi in
7 l.ij.ff.de leg.j. ¶ † Scdõ no.ex.ij.parte tex.qꝺ cõditio impossibilis negatiue ꝯcepta nõ vitiat nec suspendit:imo ꝓmissio remanet pura.rõ est ẽm Bart.qꝛ si affirmatiua est impossibilis: ergo negatiua est necessaria. ¶ Limita istã regulã ꝛ tex.vt ꝓcedat in cõditione negatiua impossibili de natura:puta si celũ nõ ascẽdero.Sec⁹ si sit impossibilis de iure.l.iurisgẽtiũ.§.si ob maleficiũ. ff.de pa.rõ qꝛ tũc cõtinet turpitudinẽ: qꝛ est turpe qꝺ qs capiat pecuniã ne ꝯmittat maleficiũ.l.si plag.ꝫ.e.ita limitat Bar.hic.ꝛ in.l.nõ solũ.ꝫ.tit.j.Tu aduerte qꝺ põt apponi pena si maleficiũ fiat:ꝛ ꝯsequẽter ꝓmittat nõ facere tale homicidiũ sub pena valet ꝓmissio.tex.est in.l.nõ impossibile.ꝛ ibi Bald.not.ff.de pact. ¶ Scdõ limita regulã istius tex.vt ꝓcedat qñ ꝯditio est necessaria ꝛ apponit stipulationi principali tũc eã nõ vitiat: imo ꝓmissio remanet pura ꝛ valida.tex.est hic. Secus si adijciat stipulationi penali.ꝛ ꝯsequenter vt si hoiem q est mortuus nõ dederis promittis penã non valet.l.si hõ mortuus.ꝫ.eo. Ita limitat istũ tex.Cy.in.l.nõ moriturũ.C.de ƺhen.ꝛ cõmit.stip.sequit Alexã. hic in fi.ꝛ lz nõ dicat eã tradit Imo.in.l.j.circa fi.ff.de ꝯdi. insti. rõ:qꝛ tũc stipulatio est accessoria ꝓmissionis inutilis.ꝛ lz Alex. nõ dicat ꝑ ista limitatione.Adde tu gl.valde no.in.c.significãtibus.in gl.fi.de offi.deleg.vbi dicit gl.egregia qꝺ pena promissa in cõtractu vel alio actu intelligit si actus principalis valeat et nõ aliter.Ad idẽ adde qꝺ vult gl.no.in.l.si patronus.§.patronũ ff.si quid in frau.patro.vbi gl.no.dicit qꝺ si rescinditur principale etiã rescindit accessoriũ.Ad idẽ bñ facit qꝛ reprobato aliquo reprobat quicqd venit in eius ꝯcomitãtiã vel vigorẽ siue sit pncipale vel penale.l.seius ꝛ augerius.ff.ad.l.fal.ita dicit no.Bal.
8 in.l.pac.dot.in.j.op.C.de colla. ¶ † Ultimo not.ex tex.ibi ꝛ pñs est: qꝺ ꝯditio necessaria:lz in futurꝫ tps cõcepta cũ sit oĩo extitura dr esse pura:imo ẽm glo.hic,est purissima in suplatiuo gradu.facit.l.si pupillus.§.qui sub ꝯdi.alle.in gl.ff.de noua.Sed ad istud no.videas id qꝺ vult gl.in.c.ꝑ tuas.in gl.mag.ad fi.de ꝯdi. appo.ꝛ ibi Jo.an.ꝛ Ant.de bu.ad fi.simplr sequunt illã glo. vbi vult qꝺ matrimoniũ ꝯtractũ sub cõditione q̃ oĩo est extitura: vt puta si cras erit dies tñ matrimonium nõ valet de pñti cõtra hãc regulã.Tu aduerte pro limitatione huius tex.ꝛ defensione illus gl.qꝺ qñ cõditio oĩo extitura nullũ diẽ hꝫ: ꝛ tũc procedit tex.noster:ꝛ tũc cõditio est pura ꝛ simplex.exẽplũ ꝓmitto centũ si nõ ascẽderis celũ hic nulla est dies. Sed vbi ꝯditio oĩo extitura haberet diẽ:ꝛ tũc distingue aut hꝫ diẽ certũ.vt puta cõtraho matrimoniũ si cras erit dies: nã interim nõ est matrimoniũ nec illa est vxor,si aũt haberet diẽ incertũ: ꝛ tũc aut dies est incertus an ꝛ qñ aut est incert⁹ qñ sꝫ nõ an:isto casu nõ ꝓcedit iste tex.ita declarat no.Bar.in.l.ita stipulat⁹.in.ij.q.ꝫ.eo.regula ergo hui⁹ tex.ꝓcedit qñ ꝯditio necessaria oĩo extitura nõ hꝫ diẽ vel si hꝫ diẽ hꝫ certũ ꝛ tũc valet. Secus si haberet incertũ:qꝛ nõ valet in casu illius gl.illa ꝯditio oĩo extitura hꝫ diẽ certũ q nõ hꝫ suspẽdere.l.heres me⁹.ff.de ꝯdi.ꝛ demon.ꝛ.l.sub ꝯditione.ff. de cõdi.inde.ergo tunc tale matrimoniũ ꝯtractũ sub ꝯditione oĩo extitura habẽte diẽ certũ deberet valere ꝛ haberi pro pura:ꝛ sic nõ valere scdm matrimoniũ si contrahatur:ita cõcludit Cardi.Flo.ꝛ ibidez ceteri moder.post eũ.in.d.c.per tuas.ad fi. de condi.apposi.ꝛ ita habes limitatum istum tex.ꝛ illam gl.ꝛ expeditam istam.l.impossibilis.

1 ☞ Dies adiecta cõditioni valide dependenti a facto ꝓmissoris censetur repetita in promissione pene.
2 Ubi promissio incipit a pꝛecedenti conditione habenti dilationem tẽporis:tunc expectandũ est vltimum momentum tẽporis ad hoc vt possit effectualiter agi.
3 Statutum ꝙ si bannitus nõ compareat intra octo dies habeat pro confessio ꝛ conuicto an habebit locuz quãdo certum est qꝺ sua culpa non poterit comparere.
4 Ubi conuentio hꝫ conditionem ꝛ diem ꝛ sic duplicẽ dilationem non sufficit conditionez impleri sed requirit ꝙ dies expectetur.
5 Ubi dies est adiecta cõditioni valide depẽdenti a facto ꝓmissoris possuz agere ante diem si constat ꝙ conditio defecerit ante diem:tñ obstat exceptio si ante diem agatur.
6 Ubi dies est adiecta cõditioni inualide seu necessarie statim potest agi non expectata aliter tali die.
7 Dictio protinus importat idem qꝺ ipso iure.
8 Quando dies apponitur facto negatiuo ꝯditionali alteri⁹ tertij statim ꝙ non potest fieri venit ꝛ cedit dies.
9 Quando aliquid conditionale deducitur in iudicio debet purificatio conditionalis liquidari.
10 Instrumẽtũ guarẽtigiatũ habens conditionẽ renera purificatã:non tñ põt in iudicio obtinere exceptionez facti donec pars notũ faciat iudici purificatam esse conditionem.
11 Stante statuto ꝙ occidatur qui vulnerauit aliquẽ mortifere data qꝺ certum sit ꝙ vulneratus ex eo vulnere debeat mori: tamẽ non debet vulnerãs accusari et condemnari de homicidio nisi morte sequuta.
12 Stante statuto ꝙ occidens aliquẽ in die veneris sancti ob supremam deuotionẽ christianitatis debeat puniri grauissima pena mortis si quis ea die aliquẽ mortifere vulnerauit ꝛ alia die mortuus fuerit est puniendus dicta pena statuti.
13 Uolens agere vigore conditionis negatiue purificate dꝫ ꝓbare illam negatiuam esse purificatam.
14 Cui incũbat onus ꝓbandi negatiuam vide regulã cũ fallentijs.
15 Mulier vidua petẽs alimenta extra domũ mariti:qꝛ nõ põt habitare cum heredibus mariti tenetur probare istam negatiuaz cum sit fundamentum intentionis sue.
16 Petenti copiam a tutore indubitanter est dãda alias tutor nõ audietur.
17 Negatiue non coarctare loco et tpe qualiter debeant probari.
18 In his que sunt difficilis probationis seu que nõ possunt liquido probari sufficit informatio iudicis per vehementem opinionez.

19 In his que a cōmuniter accidētibus sunt difficilis probationis admittitur probatio per coniecturas ⁊ indicia ⁊ sufficit pro plena probatione.

20 Contractus probatur vsurarius ex solis presumptionibus ⁊ argumentis.



In illa stipulatione. Quia ista lex est 2ria legi hoc iure: ideo eas simul legā. † Dies adiecta cō-
2 but. ¶ † Secūdo no.ex hoc tex.ꝙ inter si ⁊ cum non est differētia.in quo distingue vt per Bar.⁊ doc.hic.⁊ de vtraq; dictione. vide plenius Bar.in.l.j.in.ij.⁊.iij.col.ff.de cōdi.⁊ demon. Adde distinctioni Bar.inquātum in primo membro dicit:ꝙ quando ista verba opponūtur actui extrinseco qui de necessitate inest: tunc nō est differentia inter si ⁊ cum.q̄r neutra importat conditionem,⁊ neutrius appositio aliquid operatur.l.iij.ff.de leg.j.⁊ l.muto.§.sub cōditione.in versi.hanc autē.ff.de tute.⁊ ibi Bar. post gl.idē tenet.⁊ idem Bar.in.l.huiusmodi.in prin.ff.de leg.j. sed aduerte q̄r idē Bar.sibimet cōtrarius in.l.j.i.ij.col.ff.de cōdi.⁊ demon.istud reprobat:q̄r in tacita cōditione inest conditio que suspendit:vt ibi.⁊ no.glo.in.l.itē quia.ff.de pac.et responde aliter ad.d.l.muto.§.j.qđ ibi dictio si:nō facit cōditionē,que tutoris d̄tionē suspendat:sed bene facit conditionem,que suspendit administrationē.vt talis exp̄ssio facta a iudice,intelligatur ſm ea q̄ tacite inerant:al's tutoris datio vitiaretur:vt ibi patet ſm eū:sed nō respondet ad.l.tertiā.de lega.j.nec ad regu.illius tex.per quā cōfundit̄ eius ratio.ideo teneas illud ꝙ tenet Bar. ¶ Secūdo:inquātū Bar.tenet:ꝙ quādo dictio cū adijcit̄ verbo executiuo,ꝙ tūc nō facit dispositionē cōditionalem.l.ex his verbis.C.qñ dies leg.ced.limitant hoc esse verū Joā.de imo.⁊ do.Alex.qñ adijcitur tēpori certe etatis:puta legitime etatis, vel.xxiiij.annorū:vt ibi:secus si adijciatur tpi incerto puta legotitie centū,que volo sibi dari cum nubet:tunc facit conditionē: glo.est nota.in.l.seius saturninus.ff.ad trebel.et in.l.si ita scriptum.in fi.ff.de manu.testa.Bar.⁊ doct.in.l.si cui legetur.§.j.ff. de lega.j.⁊ in.d.l.quibus diebus.§.quidā titio. Adde ad predicta illud quod dicit se consuluisse in pulchro casu Bald.in.d.l. si cui legetur.ad finē principij:⁊ ibi refert et sequitur Floria.qđ si testator legauit alicui centū:⁊ postea subdit,q̄ centū volo prestari post mortē vxoris mee,vel cū vxor morietur:ꝙ legatarius interim decedēs nō transmittit legatū:⁊ sic annullatur: q̄r dies mortis incertus habet̄ ꝓ cōditione:etiā si inseritur soli prestationi vel executioni: ⁊ ita dicit exp̄sse tenere glo.in dicta.l.seius saturninus.⁊ not.hūc casum q̄r valde quotidianus est. ¶ Tertio inquantū Bart.vult:ꝙ dictio cū adiecta verbo obligatiuo, reddit actū cōditionalem,sicut dictio si.vt hic.⁊.d.l.qui promisit.ff.de cōdi.inde.limita ex presumpta volūtate testatoris,propter charitatē p̄sone,cui debet fieri restitutio:vt q̄r filius testatoris:tunc dictio cū.facit solum diem non cōditionē:text.est solennis et singu.ſm verū intellectū in.d.l.seius saturninus.et ibi Bar.⁊ doc. ¶ Tu autē vt clarius omnia habeas fac regulam,⁊

quatuor fallētias. ¶ † Regula est,ꝙ dictio si ⁊ cū equiparātur. vt hoc text.et.d.l.qui promisit.et dicit tex.nota.in.l.si titio.in fi. prin.ff.qñ dies lega.ced.qđ vtrobiq; siue dicatur si:siue cum.tamen eadem conditio est:verbū est denotat veritatē essentie.ſm Bar.in.l.si maritus in.ij.§.legis.ff.de adulte. ¶ Limita primo verum:qñ iste dictiones adijciūtur verbo obligatiuo seu dispositiuo:secus si adijciatur verbo executiuo: q̄r tūc dictio cum nō facit conditionē.d.l.ex his verbis.cum limitatione quā.s̄.dedi. dictio autē si adiecta verbo executiuo, bene inducit cōditionē: ⁊ sic reddit dispositionem conditionalem.d.l.quibus diebus.§. quidā titio.ita sentit Barto.hic:et clarius in.l.j.in.ij.colū.ff.de condi.⁊ demon.Bal.in.d.l.ex his verbis.Ange.⁊ Imo.in.l.seq. §.fin.Imo.Cuma.⁊.d.Alex.hic:istud clare procedit in vltimis volūtatibus vt loquitur.d.§.quidam titio. In cōtractibus aūt videt̄ recurrendum ad gl.reputa.sing.in.l.ij.ff.de in diē addic. vt hic per Imo.⁊ latius per do.Alexā.sed caue qđ in.d.l.quib⁹ diebus.§.quidā titio.dictio si,adiecta executioni seu prestationi,ideo facit cōditionē,q̄r est adiecta tempori incerto mortis.s.si mater moreretur:prout etiā dicit Bart.in.l.si cui legetur.§.j.in ij.oppo.de lega.j.quo casu etiā dictio cum:adiecta executioni,⁊ tempori incerto,facit cōditionē.ſm gl.cōmuniter approbatam, in.d.l.seius saturninus.ff.ad treb.de qua.s̄.ꝓxime dixi:et sic nō videtur tamē hic esse differentiā inter si.⁊ cum.cōtra doc.communiter. ¶ Scđo limita:qñ adijciuntur actui intrinseco:puta voluntati,q̄r tūc differunt cum volueris,⁊ si volueris:text.est q̄r j l.seq.§.fi.⁊ ibi glo.⁊ doc.assignant rationē diuersitatis. ¶ Tertio limita:quādo adijciuntur verbis sapientibus exactionē de presenti,tūc differunt:q̄r dictio cū,non facit conditionem:secus in dictiōe si.l.si decem cū petiero.j.eo.⁊.l.titia heredis.ff.de cōdi.⁊ demon. ¶ Quarto limita:ꝙ differunt quantū ad modū faciendi conditionē:quia dictio si.principaliter conditionem importat,secūdario vero tempus:dictio vero cū:econtra.l.si titio. in prin.ff.quando dies leg.ce.

a ¶ Incertū. adde ⁊ vide hoc idē per d.Bar.soz. in.l.j. col.ij. cir.fin.ff.de condi.⁊ demon.

1 ☞ In obligatione in diem certam ante diem nata est obligatio:licet solutio differatur.

2 Si quis promittat ad calendas grecas nihil valet promissio:q̄r certum est eas nunq̄ venturas.

3 Tempus conuentionale centum annorum non impedit oriri obligationem naturalem ⁊ ciuilem,sed differt executionem.

4 Quod non potest explicari in morte nō potest conferri in tempus mortis.

5 Qui promittit ad certum locum venire,dicitur promittere factum persone sue coherens,quod nō potest per eius heredem adimpleri.

1 Entesimis. †In obligatiõe in diẽ certã ante diẽ nata est obligatio, lʒ solutio differat̃: ⁊ nõ valet stipulatio facti in morte delati, q̃n tale factũ non põt per alium explicari. h. d. vsq ad. §. si ita stipulatus. In tex. ibi: centesimis calẽdis. si intelligis in specie puta Januariis: vel alterius mensis in specie: tũc intelligetur facta stipulatio in cẽtesimo anno: ⁊ isto modo esset tũc hic tex. singu. ẽm Cu. hic: q valet stipulatio. lʒ quis stipulet̃ in tp̃s quo verisimiliter nõ viuet: cũ vltra centũ annos quis nõ viuere presumat̃. l. fi. C. de sacrosan. eccl. ⁊ tẽpore stipulatiõis dʒ saltẽ esse maior septẽnio: ⁊ sic excessisse infantiã. l. j. in prin. ẽ. e. ʒ p certo mirandũ est de Cu. qd̃ reputat hic esse singu. in hoc tex. cũ sit planũ ⁊ expeditũ q quis possit stipulari post mortẽ suã: vt l. precedẽ. §. si qs ita. eo qd̃ actiões actiue ⁊ passiue possunt incipere ab heredibus ⁊ cõtra heredes. l. j. C. vt act. ab here. ⁊ cõtra here. Itẽ intelligẽdo istũ tex. cẽtesimis calẽdis. i. post centũ annos. ⁊ sic de certis calẽdis eiusdẽ mẽsis: per istũ tex. dicit Ange. qd̃ reddit̃ vana dubitatio quorũdam, quos refert Cy. in. l. quoties. C. de preci. impe. offe. q dubitãt si p̃mittis mihi centũ post xxx. vel. xl. an valet stipulatio: ⁊ an possint petere elapsis. xxx. annis, ꝓpter p̃scriptionẽ: q2 per tantũ tp̃s tollit̃ omne ius ⁊ actio. l. sicut. ⁊ l. oẽs. C. de p̃scrip. xxx. ann. nã hic est tex. q qs põt stipulari nõ solũ post. xxx. vel. xl. ann. imo etiã post centũ ⁊ post mille annos: nec tẽpore anteriori vnq̃ prescriberet̃, q2 nõ valẽti agere non currit p̃scriptio. l. j. in fi. C. de an. except. sed iste ante tp̃s nõ poterat cũ effectu agere, q2 obstabat sibi exceptio. l. j. in fi. ff. q̃n dies vsusfr. leg. ced. sequunt̃ Joan. de imo. Pau. de ca. et do. Alexã. hic. ¶ Tu aũt aduerte ad intellectũ text. q2 planior v̄r esse sensus intelligere cẽtesimis calẽdis. i. centũ mẽsibus. ⁊ sic de calendis cuiuslibet mẽsis in genere: ⁊ hoc modo esset spatiũ. viij. ann. ⁊ iiij. mẽsiũ. sed isto modo intelligẽdo tex. nõ haberet dubitationẽ. cõtra. l. ancille. C. de fur. ideo q2 dubiũ in hoc tex. videbatur esse, an stipulatio valeret, ꝓpter nimiã prolixitatem tp̃is: ideo cõgruentius intelligitur tp̃s centesimis calẽdis. i. cẽtũ an-
2 nis. intelligẽdo de cẽtũ calẽdis eiusdẽ mẽsis in specie. † Si autẽ quis promitteret ad calẽdas grecas, nihil valeret promissio. q2 certũ est eas nũq̃ venturas: eo q2 Greci calẽdis carent: vñ formatũ fuit ab augusto Cesare prouerbiũ, cũ aliqd nunq̃ futurũ volumus significare, vel aliquos nũq̃ soluturos qd̃ debẽt: referimus ad calẽdas grecas: ita declarat Sipontinus antistes, in
3 Cornucopie sup. x. epigrãmate Martialis. ¶ † Scd̃o no. q tẽpus cõuentionale centũ an. [struck] nõ impedit oriri obligationẽ naturalẽ ⁊ ciuilẽ, sed differt executionẽ: an aũt impediat natiuitatẽ actiõis. ponit Bar. in. l. ita stipulatus. in. ij. q. principa. ĩ. eo.
4 ¶ † Tertio no. in v̄. id aũt. q factũ q nõ põt explicari in morte, nõ põt ↄferri in tp̃s mortis: ratio q2 tũc ↄtinet impossibile de natura: ⁊ sic stipulatio nulli⁹ est mome̅ti: vt hic dicit tex. ¶ Quar-
5 to diligẽter no. ex eo. v̄. ẽm. d. Alex. † q q p̃mittit ad certũ locũ venire, d2 p̃mittere factũ p̃sone sue coherẽs, q nõ põt per eius heredẽ adimpleri. al's heres teneret̃ adimplere, ⁊ stipulatio valeret. l. veteris. ⁊ l. fi. C. de ↄben. ⁊ cõmit. stipu. quas glo. alleg. ad idẽ facit ẽm. d. Alexã. tex. in. l. fi. ⁊ ibi Jmol. ⁊ alij ad hoc no. ff. de cõdi. ⁊ demon. ⁊ in. l. sed sciendũ. ff. ad treb. ⁊ in. l. vnica. §. ne aũt. in ver. sin vero. C. de cadu. tol. ⁊ est de mẽte Barto. in. l. si sic. magna. ad fi. ĩ. eo. dũ alleg. istũ tex. ad hoc qd̃ factũ coherẽs persone nõ trãsit ad heredes. Tu adde de hoc gl. sing. ⁊ expressam in l. aretusa. in glo. fi. in ver. si per aliũ. ff. de statu homi. quã glo. ad hoc alleg. Jo. de imo. a quo didici in. d. l. fi. ff. de condi. ⁊ demon.

1 Valet stipulatio cõcepta per illa verba cũ p̃missor voluerit, dum tamẽ promissor ante eius mortẽ declaret se velle. nu. 2. qd̃ tamen limita. vt. ĩ. nu. 3. ⁊ 4.

5 Regula que habet: qd̃ quando stat per vnũ ex contrahentibus quominus cõditionem adimpleat habetur pro impleta ad incommodum illius per quem stat non habet locum in cõditione collata in voluntatem alterius.

6. Stipulatio dandi centum si promissor voluerit, quia cõfertur in expressam ⁊ liberam voluntatem promissoris, ab initio est semper inutilis. limita tamen vt ĩ. nu. 7. 8. ⁊ 9.

10 Si promissio sit facta cũ voluero valet et tenet. an idẽ si, cũ volã.

11 Dictio cũ principaliter denotat tẽpus, secundario conditionẽ.

12 Si iudex dicat pono te ad cõfinia donec vel quoad voluero vel volam, per mortem iudicis sunt finita confinia. limitatur tamẽ vt numero. 13.

14 Si iudex in sentẽtia dicat pono te ad confinia donec vel quoad reuocauero, an tunc extinguantur cõfinia per mortẽ iudicis: et quid si iudex nõ est mortuus, sed officium est finitum. nu. 15.

16 Per excommunicationẽ iudicis non reuocantur confinia, sicut nec per deportationem.

17 Si iudex ponat quẽ ad confinia, nõ potest illa reuocare, quãdo expresse non reseruauit sibi in sententia potestatem reuocandi.

Si ita stipulatus. Iste. §. habet periculosã materiã. ita exordit Bar. hic: stipulatio cũ voluerit p̃missor, valet eo ante mortẽ declarã-
1 te se velle: secus in stipulatione si voluerit p̃missor. h. d. ¶ † No. j. valere stipulationẽ ↄceptã per illa verba cũ p̃missor voluerit q2 obligatio tũc nõ cõfert̃ in expressam ⁊ liberã voluntatẽ ip̃i⁹ promissoris: sed in tacitã etiã v̄l latã. ¶ Amplia istũ tex. duob⁹ modis. Pri̊o idẽ esse si promissor promisit dare cũ voluisset. ẽm bar. hic. in. j. q. cũ quo simpl'r tenet Cu. Scd̃o amplia: si nõ esset dictio cũ. sed aliud aduerbiũ tp̃is: vt donec voluerit, v̄l quousq̃ et similia: que principaliter faciũt tp̃s. scd̃o cõditionem ⁊ sic est idẽ sicut si apponeretur dictio cũ. ẽm Bar. hic: in. ij. q. ¶ Limita istũ text. ꝓcedere in ↄctu obligatorio ex vna parte tãtũ: vt est in stipulatiõe: secus est in ↄctibus vltro citroq̃ obligatorijs: q2 non possunt cõferri in talem voluntatẽ alterius contrahentiũ. l. in vẽdentis. vbi glo. Cy. C. de ↄben. emp. ⁊ gl. in. l. in p̃sonam. ff. de reg. iu. al's ↄctus claudicaret cõtra. l. cũ emptor. ff. de rescin. ven. in. l. fi. ff. de accepti. ita limitant Cu. ⁊. d. Alex. hic. Tu adde bene facere qd̃ tenet Bar. in. l. si ita legatũ. §. illi si volet. in. j. oppo. ẽ. de leg. j. referam. ĩ. in vlti. no. in prima limitatiõe. ¶ Scd̃o
2 no. ex tex. ibi: si anteq̃ cõstituas moriaris: q † ad hoc vt valeat stipulatio facta per illa verba cũ p̃missor voluerit: est necesse qd̃ promissor ante eius mortẽ declaret se velle. Ex hoc tex. duo correlarie inferunt̃. Pri̊o q moriens non dicit̃ velle: imo p mortẽ tollitur seu finitur volũtas. l. iiij. ff. loca. c. si gratiose. de rescri. in
a vj. Scd̃o correlarie no. q facultas[a] declarãdi nõ trãsit ad heredẽ p̃missoris: ita est text. hic. ⁊ ita tenet gl. no. in. l. idẽ põ. scribit si frumentũ. §. fi. ff. de rei vend. ⁊ gl. in. l. inter stipulãtẽm. §. j. ĩ. e. et ibi lati⁹ Bar. ⁊ ibi Bart. alle. istũ text. pro illa regula. dicã ibi
3 de hoc pleni⁹. ¶ † Limita istũ tex. trib⁹ modis. Primo vt ꝓcedat q̃n talia verba proferunt̃ a promissore: prout loquitur iste tex. secus q̃n proferunt̃ a creditore v̄l a stipulatore: puta si stipulor a te cẽtum cũ voluero: tale verbũ cum voluero, nõ importat actus suspensionẽ, nec conditionẽ, nec requirit aliquã declarationẽ ante mortẽ stipulatoris sicut nec verbũ cũ petiero. l. si decem cũ petiero. ĩ. e. ẽm Cu. Alex. hic: post Bart. in. l. j. in. ij. col. ff. de leg. ij. adde qd̃ vult Bar. hic: in opposi. ⁊ referã. ĩ. in vlt. nota. ¶ Scd̃o limita quãdo cõditio cum voluerit respiceret verbũ executiuũ, ⁊ sic p̃missio esset pura: exemplum promitto tibi centum que dabo cum volã: vel cũ voluero: tunc me mortuo absq̃ aliqua mea declaratione tenebitur heres: q2 tũc illud cũ volam vel cum voluero, est adiectũ verbo executiuo. ⁊ sic nec ipsum dare, nec ipsa obligatio, est posita in potestate p̃missoris: sed solũ tp̃s. ita signãter lʒ Bar. hic: in. j. col. ad fi. et cõiter oẽs sequunt̃.
4 an sit verũ dicam. ĩ. super gl. j. ¶ † Tertio limita istũ tex. procedere in cõtractibus, secus in vltimis volũtatibus: nã si heres sit grauatus prestare legatũ, vel fideicõmissum, cũ voluerit, et moriatur anteq̃ cõstituat se velle: tũ heres eius tenet̃: q2 est perinde ac si testator legasset post mortẽ heredis. l. fideicõmissa. §. sic fideicõmissum. ver. hoc autẽ legatũ. ⁊ ibi glo. et. l. vxorẽ. §. scẽuola. ff. de le. iij. ẽm Bar. ⁊ doc. hic. ¶ Adde tu ⁊ quarto limita istũ tex. nõ ꝓcedere: q̃n stipulationi cũ voluero esset adiecta stipulatio penalis. ẽm. d. Jaso. in. l. ita stipulatus. la grãde. super glo. in
5 ver. quocũq̃ die. in fi. ĩ. eo. ¶ † Tertio no. ex eodẽ text. si anteq̃ cõstituas moriaris. limitationẽ ad regulam q̃ habet: qd̃ q̃n stat per vnũ ex cõtrahentibus quominus cõditionẽ impleat, habet̃ pro impleta ad incõmodum illius per quem stat. vt. l. in executione. §. fi. ĩ. eo. ⁊. l. iure ciuili. ff. de ↄdi. ⁊ demõ. ⁊. l. labeo scribit si mihi bibliothecã. ff. de ↄbẽ. emp. ⁊ in regula, cũ nõ stat per eũ: et in regula. imputari. de reg. iur. in. vj. fallit hec regula in ista cõditione cũ volueris. s. q̃n cõditio cõfertur in voluntatẽ alterius contrahentium in casu permisso: q2 licet stet per eũ quominus cõditionẽ impleat: tamẽ nõ habet̃ p impleta: casus est hic nota hi. istã limitationẽ ampliat. d. Alex. q idẽ sit in quacũq̃ alia cõditione dependẽte a mera potestate promittentis: de hoc dicit esse text. no. in. l. cũ ab eo. ⁊ ibi gl. ff. de ↄben. emp. Sʒ tu aduerte q2. d. Alex. v̄r errare circa illũ tex. q2 ibi ↄditio, si fundũ aliĩ obligatum intra calẽdas Julias redemeris, nõ pendet a potestate venditoris: ideo nõ põt haberi p impleta: sed pẽdet a potestate tertij. s. creditoris habẽtis fundũ obligatũ: nisi poneres nõ stare p creditorẽ, ʒ p vẽditorẽ ne redimat. iuxta. d. l. labeo scribit si mihi bibliothecã. sed saluãdo. d. Alex. dic: qd̃ imo illa cõditio, si redemeris talẽ fundũ, pendet a mera potestate promittẽtis seu vendẽtis: q2 soluẽdo pecuniã creditori põt inuito creditore redimere talẽ fundũ: ⁊ hoc est q cõsiderauit Alexã. Limita illud qd̃ dixi esse verũ: q̃n cõditio cõfertur in purã volũtatẽ vnius ex cõtrahẽtibus, secus si conferatur in arbitriũ: q2 cũ tũc importet arbitriũ boni viri: certe si tũc stat per eum quominus conditio impleatur, bene habetur p impleta. tex. est nota. in. l. hec venditio. ff. de cõtrahen. emp. Itẽ ad predictã regu. adde q vult glo.

¶ Facultas. istũ text. dixit. d. Jason in voce esse meliorez de iure ad hoc licet non allegetur.

no.in.l.si rē tibi.§.fi.in v̄.victori.ff.de prescri.v̄b.ꝙ si nō stat per
alterū quominus vincat:sed per aduersariū qd vicisse dr:et pōt
agere cōtra eū qui accepit rē tantū in casum victorie:⁊ ibi Bar
to.dicit ꝙ est pulcherrima gl.ad.q.duelli determinādā.quāuis
aliter videat Bal.⁊ forte nō bene in.l.j.x.q.C.de instit.⁊ substit.
vide per Bar.⁊ alios in.l.in executione.§.fi.j.eo.¶ Quarto no.
6 in ver.fi.illā aut.† ꝙ stipulatio dādi centū si promissor voluerit,
qꝛ cōfertur in expressam ⁊ liberā volūtatē promissoris: ab initio
est semp inutilis.Amplia istū text.⁊ hoc no.tribus modis.De
inde limita tribus modis.¶ Primo amplia:ꝙ talis stipulatio
est nulla,etiā si ꝓmissor in vita declarauerit velle:al's nulla esset
differētia inter casum precedentē ⁊ istū:eius ↄriū vult iste tex.
in aduersatiua illa aūt.q̄ denotat diuersitatē in iure et in facto:
gl.in.l.sʒ ⁊ si lege.in prin.cū vul.ff.de peti.here.⁊ in.l.patris ⁊ fi
lij.ff.de vulg.⁊ pup.Bar.in.l.hoc amplius.§.de his autē.de dā.
infec.⁊ ita tenet Bar.hic.in.ij.oppo.Pau.de ca.⁊.d.alex.hic:et
glo.in.l.sub hac.s̄.ti.j.quā etiā ad hoc no.Bal.in.l.in vēdētis.in
viij.q.C.de ↄhen.emp.sed aduerte:qꝛ in ↄriū cōtra istā amplia
tionē fortiter vrget tex.in.d.l.sub hac.s̄.ti.j.in duobꝰ locis.Pri
mo ibi:nā nec heres ꝓmissoris eius qui nūq̄ dare voluerit,tene
tur:⁊ sic qꝛ ꝓmissor nūq̄ decrevit se dare velle:ideo heres eius
nō tenet.Scdo ob.text.ibi:qꝛ hec cōditio in ipm ꝓmissorē nūq̄
extitit:ergo si promissor declarasset se velle:qꝛ tūc in eius ꝑsona
extitisset cōditio,heres teneret:gl.ibi dicit qd non dʒ sumi arg.
a ↄrio sensu.⁊ lʒ glo.nō dicat tu dic rationē:qꝛ si ibi sumeret ar
gumētū a cōtrario sensu resultaret absurdus intellectus,cōtra
hūc tex.inductū:vt.s̄.q facit dr̄iam inter casum p̄cedentē ⁊ istū:
sʒ tu subtilius inducas illū tex.qꝛ qñ lex i casu directo nihil ope
ratur ꝑut ibi:tunc de necessitate dʒ sumi ar.a ↄrio sensu,etiā ad
correctionē iuris cōis.l.nulla nisi emensis.iuncta aut.diaconis
sam.⁊ ibi gl.C.de epi.⁊ cle.p q̄ iura idē tʒ Ro.in aut.ex testamē
to.C.de colla.idē tenet Bal.in.l.obseruare.§.ꝓficisci.in.iij.q.ff.
de offi.ꝓcō.⁊ lega.⁊ ideo tenēt oēs doc.ꝙ in statuto Florētie di
sponente ꝙ nō existētibus masculis femine succedāt:qꝛ in sensu
directo nihil operat tale statutū:de necessitate dʒ sumi argu.a
cōtrario sensu:qd existētibus masculis femine nō succedant:ad
correctionē.l.maximū vitiū.C.de lib.p̄te.ita in isto statuto Flo
rentie determinat Cy.in.l.cōuēticulā.et ibi Bal.C.de epi.⁊ cle.
Bal.Jmo.Moder.presertim.d.Alex.in.l.si cū dotē.in prin.ff.
sol.ma.cū cōcor.quas al's late dedi in.l.j.in prin.super ver.huiꝰ
rei.ff.de offi.eius cui mā.est iur.Tamē hoc non ob.opʒ tenere p
hūc tex.qui euitari non pōt,vt sit dr̄ia inter istū casum ⁊ prece
dentē,qñ promissor ꝓmisit si voluerit,etiā si in vita constitueret
se vellle,adhuc nō valeret stipulatio.¶ Scdo amplia istū tex.vt
ꝓcedat etiā si promittis mihi dare ad tuā voluntatē: qd est idē
dicere qd si tu volueris:gl.in.l.post dotē.in.v.lec.ff.solu.ma.Jtē
prepositio:ad seruiēs accusatiuo facit cōditionē exp̄ssam.l.si vir
vxori.ff.de cōdi.⁊ demō.Bar.in.l.j.in.iij.q.prin.⁊ latius in.l.qui
bus diebus.§.termilius.col.iij.ff.de cōdi.⁊ demon.ita in specie
tenet Bar.hic:in.iij.q.¶ Tertio amplia istū tex.vt ꝓcedat:siue
dicat si volueris siue si arbitratus fueris:qꝛ in hoc in ↄctibꝰ nō
refert.l.q̄ sepe.§.j.ff.de ↄhē.emp.⁊.l.fi.C.e.de ↄtra.emp.lʒ secus
sit in vltimis volūtatibus.l.fideicōmissa.§.q̄q̄.ff.de leg.iij.ꝯm
Bar.hic.in.iiij.q.quē alij sequunt Ray.⁊ Jmo.i.l.stipulatio nō
7 valet.s̄.eo.¶ † Limita nūc istū tex.vt ꝓcedat:qñ cōditio si vo
lueris,cōfertur in volūtatē ꝓmissoris:tūc stipulatio etiā ab ini
tio nihil valet:text.est hic.secus si talis cōditio si voluerit,cōfe
ratur in volūtatē eius cui debet acquiri:⁊ sic stipulatoris:et tūc
valet ⁊ tenet.l.si ita legatū.§.illi si volet.⁊.l.senatus.§.legatū.vbi
gl.ff.de leg.j.quāuis ↄriū teneat glo.in.l.a titio.§.fi.j.eo.sed re
prehenditur per Dy.⁊ Bar.ibi:ita in terminis nostris tʒ Bar.
hic:in.j.oppo.Adde bene facere ꝙ dixi.s̄.in.ij.no.Bal.tamē in
d.l.in vendētis.ad fi.saluat gl.d.l.a titio.§.fi.vt procedat quādo
agitur vt cōtractus pendeat ex voluntate creditoris:sed eū re
prehendit simpliciter Cu.hic p tex.in.d.§.illi si volet.itē aduer
te qꝛ Bar.in dicto.§.illi si volet.dicit qd ille text.procedit in vl
timis volūtatibus,secus in cōtractibus hincinde obligatorijs:
quia si cōditio confertur in voluntatem alterius,vitiatur.d.l.in
vendētis.Cōsidera ergo ꝙ cū in stipulatione obligatio oriatur
ex vna parte.s.ꝓmissoris.d.limitatio Bart.procedit etiā per ea
8 que ibidē dicit Bar.¶ † Secūdo notabiliter limita istum tex.
ꝯm Ang.⁊ Pau.de ca.qñ promissor promitteret si voluerit,tūc
nō valet.vt hic:qꝛ tūc cōditio cōfertur in merā volūtatē intrin
secā abstractā ab omni facto:secus si promitteret sub cōditione
si declarauerit se velle:tūc bene valeret stipulatio:qꝛ tūc nō pen
det a mera volūtate intrinseca:sed a facto extrinseco declaratio
nis:et sic requiritur factū declarationis vltra voluntatē: qd est
not.ꝯm Pau.de cast.pro limitatione huius text.Jstam limita
tionē reprehendit Joan.de imo.⁊ dicit qd Ang.voluit nimium
subtilizare:qꝛ quādo quis promittit sub conditione si voluerit,
debet intelligi de volūtate.s.declarata:al's paria essent volūta
tem nō esse ⁊ non apparere.l.in lege.ff.de cōtrahen.empt.l.duo
sunt titij.ff.de test.tut.ideo nō videt esse differētia promittere si
volueris,vel si declaraueris te velle:ita simplr tenet.d.alex.hic.
Ego idē teneo cōtra Ange.qꝛ cōditio si voluerit,intelligitur de
volūtate declarata:alias volūtas tacita in mente retenta nihil
operatur.l.si repetendi.C.de cōdi.ob cau.vñ expressio eius qd
tacite inest nihil operat.l.iij.de leg.j.et.l.nō recte.C.de fideiuss.
9 ¶ † Tertio principaliter limita istum tex.ꝙ licet nō valeat sti
pulatio sub cōditione,si promissor voluerit:tamē valet sub cōdi
tione,si tertia ꝑsona voluerit,ꝯm Cu.Pau.de ca.⁊.d.Alex.hic:
argu.l.si qs arbitratu.s̄.eo.Jdem tenet Cy.in.d.l.in vendētis.
qꝛ lʒ legatū non possit relinqui sub cōditione si tertius voluerit
l.nōnunq̄.ff.de cōdi.et demon.eo qꝛ esset legatū captatoriū:qꝛ
penderet a voluntate tertij.l.captatorie.de leg.j.tñ secus est in
stipulatiōe,et in cōtractibus:eo qꝛ in cōtractibus.lʒ cōferant in
liberā volūtatē tertij,semper intelligit arbitrio tamē boni viri:
glo.est no.in.l.pe.ff.de arbi.Cy.⁊ Bal.in.l.pe.C.de do.ꝓmis.et
in terminis nostris Bal.in.l.fi.in prin.C.de cōtrahē.emp.Ego
cōfirmo istā limitationē:nā ideo nō valet stipulatio si promissor
voluerit:qꝛ cum sit collata in eius expressam ⁊ liberā voluntatē:
lex presumit ꝙ nunq̄ vellet:que ratio cessat qñ promissio fit sub
cōditione,si tertius voluerit:bene facit qd dixi.s̄.in limitatiōe.
et per ista remanēt ꝑfecte expedita notabi.istius tex.¶ Capio
gl.j.in ista glo.habes rationē ad tex.quare ꝓmissio dandi decē
cū voluerit promissor,valeat.ratio est:qꝛ ipsum dare per hoc nō
est in eius potestate:sed qñ:⁊ sic nō cōfertur in ꝓmissoris volū
tatē an velim,sed qñ velim.Jsta ratio reprehenditur per Bar.
et alios ⁊ bene:qꝛ si solū tēpus esset in potestate promissoris qñ
deberē,⁊ nō ipsum dare,sequeret qd etiā si in vita sua nō decla
ret se velle,qd tñ eo mortuo heres eius statim teneret.l.vtrū.§.
pe.alle.in gl.s̄.de reb.du.⁊.l.vxorē.§.pe leg.iij.⁊.l.post dotē.ꝯm
quintā lecturā.ff.sol.ma.⁊ tñ istud est cōtra istū text.ergo ratio
glo.nō est vera:subdit multū signanter Bar.per istud se dicere:
ꝙ si hec verba cū volam,vel cū voluero.adijcerentur executiōi:
puta promitto tibi decē que dabo cū volam, vel cū voluero:tūc
me mortuo non facta alia declaratione:statim tenebitur heres
meus,per dictas leges:⁊ per.l.ex his verbis.C.qñ dies leg.ced.
No.qꝛ est pulchra limitatio ad hūc tex.nā p talia verba,solū po
nitur in volūtate ꝓmissoris executio:⁊ sic quādo debeat p̄stare:
nō vero an debeat:ideo eo mortuo heres eius statim tenetur:⁊
ad hoc vltra Bar.accedat tex.no.in.l.fi.ff.q sine manu.ad liber.
peruen.per quē tex.ita etiā tenet Bart.in.l.ita stipulatus.in.xi.
oppo.prime partis.⁊ ibi Ang.j.eo.Ange.Jmo.Cu.⁊ do.Alex.
hic.Bal.⁊ Ange.in.d.l.post dotem.Ange.⁊ Rapha.cuma.in.l.
sub hac.s̄.titu.j.et latius ⁊ plenius quā hic idem do.Alexā.per
tres col.in cōsi.cxviij.in.iij.vol.qd inci.stantibus veris his que
in themate ꝓponūtur.in.ij.col.⁊ duabus seq.in ver.aut nos di
cimus.sed caue qꝛ Bart.videt prima fronte velle cōtrarium,cū
subijciat qd est cōtra istum text.sed illud debet continuari cum
reprobatione quā Bar.s̄.proxime facit de ista glo.j.ibi:quid si
solū tēpus esset in potestate promissoris:tunc trāsiret ad here
dem ⁊ nō extingueretur morte:tūc debet sequi qd est cōtra istū
tex.ita debēt cōtinuari verba Bar.¶ Capio gl.magnā.in ver.
aiunt.quā diuide in quatuor partes.Jn prima remouet vnū cō
trariū.Jn scda videt ponere duas rationes diuersitatis inter
primū ⁊ scdm respōsum huius.§.sed ambe reincidunt in vnā,et
sic in effectu est vna ratio.Jn tertia extēdit istū text.Jn quarta
oppo.⁊ nō soluit:sed solue vt per Bar.in.l.precedē.in.§.nō solū.
scda est ibi:sed q̄ est dr̄ia.tertia ibi:idē in fideicō.quarta et vlti.
10 est ibi:sunt tamē argumenta cōtraria.¶ † Jn prima parte glo.
habes:ꝙ licet ꝓmissio facta cū voluero valeat ⁊ teneat,⁊ hoc est
indubitatum:tex.est hic:tamen si promitto cū volam,stipulatio
nihil valet:iste est pulcher ⁊ subtilis passus:mouetur glo.ad ita
tenendum per duos tex.Primo per tex.in.l.sub hac.s̄.tit.j.sed
aduerte qꝛ ille tex.nihil videtur facere,imo potius probare cō
trariū:qꝛ loquitur qñ dictum est si volam,non autem cū volam:
prout loquit gl.⁊ sic ille text.loquitur,vbi est principaliter cōdi
tio.s.si volam:ergo innuit ille text.secus esse qñ diceret cū volā.
nisi forte gl.voluerit ponderare rationē illius tex.ibi:pro nō di
cto enim,est ꝙ dare nisi velis,cogi nō possis:quasi ista ratio cō
gruat ad vtrūq̄ casum siue dicatur si volam,siue dicatur cū vo
lam:sed caue qꝛ isto modo etiam cōueniret quādo diceretur cū
voluero:⁊ tamē tunc valet vt hoc text.Secūdo glo.allegat tex.
in.l.si quis stipulatus sit stichum.in prin.j.e.vbi si quis stipula
tus fuerit stichum aut pamphi.quē voluerit, cum semel elege
rit,amplius voluntatē mutare non pōt:secus in ver.cū volam.
vbi potest mutare volūtatem vsq̄ ad litem contestatam,cū ta
lis sermo habeat tractū: vt ibi dicit tex.sed certe nec ille tex.vi
detur facere pro glo.quia ille tex.solū ponit an stipulator possit
variare

variare circa res promissas: que variatio non vitiat stipulatio nē: sed nos loquimur de variatione pmissoris circa substantiā obligationis, que bene vitiaret stipulationē: pterea ille tex. loquitur in electione rerū alternatiue promissarum: an sit variabilis. nos antē loquimur in obligatiōe volūtatis promissoris, in qua aliud est iuxta glo. in. l. quicquid astringēde. in prin. j. eo. Istam conclusionē gl. sequunt Ray. Bar. ꝛ Ang. hic. Cy. in. l. in vendētis. C. de ꝯtrahen. empt. Ang. in. l. sub hac. s. tit. j. ꝛ vltra gl. Bar. ꝛ alij fundant se in rōne diuersitatis assignata p gloss. in. l. hec venditio. in prin. ff. de cōtrahē. emp. qꝛ verbum volā, qđ est futurū indicatiui, formatur a presenti indicatiui volo. ꝛ sic retinet depēdentiā presentis tpis, ꝛ exponitur cū volam. i. cū volens dabo. ꝛ sic presens exigitur volūtas que non presumit a. l. ꝛ cū possim mutare voluntatē: nō dꝫ valere stipulatio: qꝛ pmissor ꝯnētus semper diceret nolo: sed verbum voluero formatur a preterito perfecto indicatiui. s. volui. vnde semp retinet aliqđ tēporis perfecti, ideo sufficit semel velle de pterito, lꝫ postea tēpore quo conuenit non velit qꝛ verificata est semel illa propositio cum voluero. d. l. si quis stipulatus sit stichū. in prin. Sed aduerte: qꝛ nec ista rō videt esse bona qđ ex eo qđ possit penitere, ideo nō valeat stipulatio facta per verbū cum volam: qꝛ etiam si sit facta per verbū cū voluero, donec viuit promissor pōt eum penitere: ꝛ tñ valet promissio. tex. est hic: bñ verum est qđ qñ est mortuus vel in mortis articulo nō pōt mutare volūtatē. ¶ Cōtrariam opinionem qꝫ imo si pmitto cū volā qđ valeat stipulatio: sicut qñ dico cū voluero: tenet gl. in. d. l. i vēdentis. ꝛ ibi Jaco. bu. ꝛ gl. in. l. in personā. §. generaliter. in gl. mag. ad fin. ff. de reg. iur. idē tenent subtilis Pet. de bellaper. Jo. de imo. Lu. d. Alex. ꝛ do. Pe. de bexu. hic. ꝛ illā ego quoqꝫ teneo: eo qꝛ ista stipulatio cū volam, nō reperit a iure probibita: qꝛ. ll. ad hoc allegate p gl. nihil faciūt: vt. s. induxi: ergo cēset eē pmissa. l. nec nō. §. qđ eis. ff. ex quib. cau. maio. l. mutus, §. cū qritur. ff. de procu.

1 Item ratio ꝯmunis gl. ꝛ doc. quā statim ponā, quare promissio cū volueris vꝫ ꝛ tenet est. † qꝛ dictio cū principaliter denotat tēpus, secūdario cōditionē. ꝛ sic nō facit cōditionē expssam, ꝫ tacitam, ꝛ velatā ideo vꝫ: ista rō pariter militat: qñ promitto cum volā. ꝛ ista pars est tenenda: vt stipulatio potiꝰ valeat qꝫ pereat p reg. l. quoties in stipulationibus. cuꝫ simi. j. eo. ꝛ. c. abbate. de verb. signi. ¶ In scđa parte glo ibi: ꝫ q̄ est differētia inter primum ꝛ fm responsum huius. §. meliꝰ dixisset glos. que est ratio differētie: qꝛ differētia patet in tex. ꝛ lꝫ glo. videat ponere duas rationes per diuersa vba tamē qꝛ reincidūt in idē: sunt vna: vt etiam dixi. s. ꝛ dū glo. in prima ratione dicit. rñdeo qꝛ in primo causa differendi. vult dicere. i. causa dādi dilationē ad deliberādum voluntatē, non aūt qđ cōferat in liberā voluntatē. ꝛ dum

a subijcit significat preteritionē vult dicere[a]. i. perfectionē actus: cū formet a preterito. ꝛ sic nō pōt variare. Breuiter vera ratio diuersitatis inter primū ꝛ scđm casum est ex mente huius glo. et clariꝰ doc. qre valeat stipulatio cū volueris, ꝛ nō si volueris: qꝛ dictio cū, principaliter ꝛ expresse denotat tēpus, ꝫ tacite ꝛ secūdario denotat cōditionē: sed ecōtra dictio si, principaliter ꝛ expresse denotat cōditionē, ꝛ secūdario tēpus, vt est tex. de vtroqꝫ in. l. si titio. in princ. ff. qñ dies lega. ced. modo qñ dico cū volueris, non confert in cōditionem expssam volūtatis pmissoris: ꝫ in tacitā ꝛ secūdariā: ideo vꝫ: sed qñ dico si volueris, exprimitur conditio principaliter, ꝛ expresse: ꝛ multa expressa nocēt que nō expressa nō nocent. l. nonunqꝫ. ff. de cōdi. ꝛ demō. ꝛ. l. si quis sempronium. ff. de here. insti. ¶ In ea. gl. ibi. Idē in fideicommisso similibus verbis relicto. istud qđ dicit gl. est verū: qꝛ differētia est inter hec verba cū heres voluerit, ꝛ si heres voluerit, primū vꝫ, scđm nō: vt est tex. in. l. fideicōmisse. §. sic fideicommissum. in ver. hoc aūt. ꝛ in. §. qꝫqꝫ allegato in gl. de le. iij. ꝛ quantū ad hoc gl. bene equiparat stipulationē fideicōmissis: ꝛ sic vltimis volūtatibus. Sed aduerte qꝛ tex. in. d. §. sic fideicōmissum. in vers. hoc aūt legatū: ponit in alio differentiā inter vltimas volūtates, et contractus: qꝛ si sit relictū fideicōmissum: cum heres voluerit: si heres decedat anteqꝫ eius voluntatē declaret tñ debetur legatum ab eius heredibꝰ: qꝛ fauore vltime volūtatis censet relictū post mortem heredis: vt ibi. ꝛ. l. vxorē. §. pe. ff. de leg. iij. secus est in ꝯtibus. tex. est hic. ꝛ ita etiam declarat Bar. in vlti. oppo. est et alia differentia in hac materia. qꝛ non pōt legari sub cōditione si tertius voluerit, secus in stipulationibus ꝛ cōtractibus: vt dixi in tex. in vlti. no. in. iij. limitatione. est ꝛ alia tertia differētia quia in vltimis voluntatibus distinguitur an dicatur si heres voluerit ꝛ non vꝫ legatum seu fideicōmissum sic relictū: secus si dicatur si heres arbitratus fuerit vel per similia verba importātia arbitriū boni viri. tex. in. d. l. fideicōmissa. §. qꝫqꝫ. in. l. si sic. in prin. de leg. j. ꝛ ibi Bart. declarat que sint illa verba q̄ impor-

b tēt arbitriū boni viri: sed in ꝯtibus si dicta verba referant ad alterū contrahētiū circa substātialia cōtractus non est differē-

tia qꝛ idem importat verbū arbitrari: ꝛ verbū volueris: ꝛ nullo casu cōtractus vꝫ. l. qđ sepe. §. i. ꝛ ibi no. s. de ꝯhē. emp. sed circa accidētalia bñ est differētia. l. hec vēditio. in pn. s. de ꝯtrahē. emp. secundum Bar. hic. in. iiij. q. qui reliquit cogitanduꝫ de ratione diuersitatis. Bal. ꝛ Ang. hic conati sunt reddere rationē diuersitatis ꝛ eos latius refert Imo. ꝛ reprobat rationē Bal. sed qꝛ nihil boni dicunt: ideo non refero. ¶ Ego assigno planam rationem diuersitatis ꝛ miror quod Bar. relinquat super ea cogitandū nam accidētalia cōtractus dicuntur esse illa sine quibus ꝯtractus pōt subsistere: vt declarat gl. magistra. in. l. pacta conuenta. in prin. s. de cōtrahē. emp. ideo illa possunt cōferri in arbitriū alterius ꝯhentiū et sic tanqꝫ boni viri: ꝛ non in li-

c berā voluntatem ita proprie loquitur tex. in. d. l. hec venditio.[c] in prin. vbi illud accidētale reddēde rationis a seruo qui vendit, pōt ꝯferri in arbitrium domini qui vendit, sed nō in liberam voluntatem: facit bene tex. in. §. pen. insti. de emp. ꝛ vēd. secus est in substātialibꝰ sine quibꝰ non pōt ꝯtractꝰ subsistere vt est in emptione res ꝛ pretiū: ista duo sunt de substantia ꝯctꝰ: qꝛ sine eis ꝯctus nō pōt stare. §. pretiū. ꝛ. §. itē pretiū. insti. de emp. ꝛ vend. ꝛ illud qđ est substātiale nō potest conferri etiam in arbitrium alterius cōtrahentiū: ita proprie loquit tex. in. d. l. qđ sepe. §. j. ꝛ ista est fundamētalis ratio. ¶ Extra glo. Bar. format

12 q. difficilem † si iudex dicat pono te ad confinia donec vel quoad voluero vel volā: an per mortē iudicis sint finita confinia: concludit qđ sic: cum duplici limitatiōe: motus qꝛ talia verba sonant vt eatenus durēt cōfinia quatenus duret voluntas iudicis defuncti: ergo cessante voluntate cessant confinia: sed volūtas cessat p mortē. l. iiij. ff. loca. ergo ꝛc. ꝛ in hoc cū Bar. concor

13 dant alij. ¶ † Limitat primo Barto. nisi iudex retulisset se ad dignitatē, puta pono te quo ad potestati placuerit: vt hic per eum. ꝛ in hoc Bar. bene dicit. ¶ Secundo limita quādo iudex diceret: pono te ad confinia ad voluntatē meam vel ad meum

a beneplacitū: tunc ille non esset cōfinatꝰ nisi iudex declarauerit se velle eū esse cōfinatum qꝛ illa verba ad meā voluntatē faciūt actum conditionalē, ac si dixisset si voluero. fm quintā lec. gl. in l. post dotē. ff. so. mat. ergo nō dicet esse confinatꝰ nisi priꝰ iudex declaret voluntatē suā. ꝛ cū Bar. trāsit solus Ang. hic. Et contra Bar. tenet Imo. Lu. ꝛ do. Alex. hic. ꝫ eū facit fm Lu. ꝛ Imo. qꝛ

b quādo iudex ponit ad cōfinia ad voluntatē suam, debet intelligi confinatio esse pura, sed resoluenda sub cōditione. l. ij. cū gl. no. ff. de in diem. addic. Secundo cōtra Bart. stringit qđ ipse met Bar. tenet in. l. eum qui ita. §. qui ita. per illum tex. in fin. j. eo. vbi tenet qđ dictio apposita ad casum successiuum: intelligitur apposita ad resoluēdum ꝛ nō ad disponendum sed in qđ. nostra stare ad cōfinia continet actum successiuum. ꝛ sic non obst. d. l. post dotē. fm quintam lecturam quia ibi dictio ad. non refertur ad actum successiuum. sed ad actum momentaneū doteꝫ dari. Ego autem teneo ꝯtra Bar. qꝛ qñ iudex dicit pono te ad cōfinia ad meā volūtatē, vel ad meū beneplacitū: certe positio cōfiniū est pura: sed bñ eius duratio respicit volūtatē, ꝛ bñplacitum iudicis cōfinantis: facit qꝫ vult gl. in. c. si delegatꝰ. in ver. morte. de offi. delega. in. vj. alias sequeret absurdus et contrarius sensus: scꝫ pono te ad confinia de presenti si voluero de futuro: qđ non videt bñ stare: qꝛ sic debuisset dicere ponā in futu-

14 rum te ad cōfinia si voluero. ¶ † Scđo querit Bart. in secundo membro si iudex in sentētia dicat: pono te ad cōfinia donec vel quoad reuocauero an tunc extingantur confinia per mortem iudicis sicut in membro precedēti: an vero requirat expssa reuocatio. iste est pulcher articulus quē intēdo late excutere, in quo Bar. assumendo lōgiorē interpretatiōnē cōtra propriam significationē verboꝝ, tenet qꝫ tunc per mortē iudicis finiantur cōfinia per. l. vxorē. §. pe. de leg. iij. p quā tenet Bar. qđ iudex intelligitur ponere ad cōfinia donec ipse vixerit: nisi ante reuocet equiparādo sententiā vltime voluntati. l. nō est mirū. s. de pig. act. ꝛ. l. si ita fuerit libertas. in fi. s. de manu. testa. Idē simpliciter tenet Bal. in. d. l. post dotē. col. pe. ꝛ ibi Ang. cōtra Bart. tenet Alexā. hic. Bal. in. d. l. fi. in. vj. q. ꝛ ibi Sali. in. x. qđ. C. de ꝯhend. emp. Bal. in. §. hec autē tria. s. in proe. ff. orum dicit do. Alexan. hic in vltimis verbis bonum verbū in practica: qđ in hoc communis opi. est cōtra Bar. ꝛ fm do. Alex. cōtra Bar. stringit qꝛ cōcessio precarij intelligit facta donec per dominū reuocet. l. j. in prin. s. de preca. ꝛ tamē per mortē concedentis non inducit reuocatio. l. questitum. §. j. ꝛ. l. cum precario. §. j. s. de pca. sed aduerte qꝛ ante eū etiam hoc argumentum adducit Bar. hic. ꝛ respondet qđ illa iura loquunt in cōtractibus, nos loquimur in snia que equiparatur vltime voluntati. et nō in cōtractibus, vt dixi. Item cōtra Bar. facit qꝛ lꝫ per mortem extingatur volūtas. l. iiij. s. loca. ꝛ. c. si gratiose. de rescriptis in. vj. tamē nō inducit reuocatio: qꝛ aliud est reuocare, quod requirit ꝯriā volūtatē pme: aliud est voluntatē cessare: vnde si aliquis delegauerit

a ¶ Dicere. Adde tu qꝫ gl. dicit pfectionem: vñ declaratio superflua.

b ¶ Boni viri. adde que sunt illa verba q̄ importāt arbitriū boni viri, late p alex. de imo. in cōsi. clj. quasi p totum. et in ꝯsil. cxxxj. in ij. volu. ꝛ in ꝯsi. j. col. iij. ꝛ sequē. iiij. volu.

c ¶ L. hec vēditio. Adđ qꝫ ista cōsideratio ad illū tex. fuit d. Bartho. sozi. i. l. si qs arbitratu. col. vij. vers. fm correlarium. iuxta fi. s. eo.

causam donec duxerit reuocandā: eo mortuo nō intelligitur reuocata. tex. est no. in. c. si delegatus. de offi. dele. in. vj. ita in spē tenet ipsemet Bar. in. l. more. in vlt. col. ff. de iur. om iud. tamen caue q: Bar. hic bñ rñdet. ad. d. c. si delegat⁹. qd ibi est: q: illa est benignior interpretatio, vt delegatio duret: ⁊ non extingat morte delegantis: vt etiā in casu quē ibi ponit gl. in ver. morte. sed in casu nostro est cō: q: benignior iterpretatio est qd confinia extinguant morte. Ego etiā teneo ꝯ Bar. ⁊ vltra scribētes ꝙ p mortē nō inducat reuocatio nisi aliter expsse reuocet. adduco tex. in. l. iiij. in pn. ff. de ma. vindi. ¶ Scdo ad idē moueor p doctrinā Semi. ⁊ alioꝝ. in. d. c. si delegatus. in pe. colū. vbi dicit qd qn clausula sonat in actū positiuū noue voluntatis, ⁊ reuocatiuum prime: sicut hic vbi iudex dixit pono te ad confinia donec reuocauero: ⁊ tūc nō extinguit per mortē supueniētē: q: mors nō īducit reuocationē nec positionē noue volūtatis. vt ibi. Alia qn clausula sonat in actū pseuerātie prime volūtatis: vt qn dr donec vel quoad voluero: ⁊ tūc illa post mortē non durat, imo extinguit p mortē. d. l. iiij. ꝯ. loca. ⁊. d. c. si gratiose. de rescrip. in vj. ¶ Tertio multū me mouet: q: cū snia sit stricti iuris: in dubio dz stari pprio vboꝝ snie significatu: vt no. in. l. iul. verū ibi torē. ff. de cōdi. inde. in. l. j. ⁊. ij. C. si plu. vna sentē. nā vba sententie sunt stricte intelligēda ad intellectū quē stricte habere possunt: nec debēt habere intellectū que ex lata significatiōe voca buli habere possunt. ita no. do. Abb. in. c. dilecto. in. ij. no. p illu tex. de ver. signi. sed in proposito nostro illa verba donec reuocauero. de propria significatione: requirūt nouā voluntatē contrariā prime ⁊ reuocatoriā prime: vt īgenue fatet ipsemet Bar. ergo nō sufficit primā volūtatē cessare per mortē bene verum est quod verba sententie debent impropriari[a] quādo alias valere non posset sententia. gl. est sing. in. l. ⁊ puto. ꝯ. fa. her. quā glo. dicit ad hoc sing. Bal. in. l. cum virū. in vlti. col. C. de fideicom. ⁊ in. c. fi. in vlt. col. de trāsl. prela. ⁊ in. c. contingit. de do. ⁊ cōtuma. ⁊ in. c. cū super in pe. col. de re iudi. sed in casu nostro quo modocunq̄ intelligant verba snie vz ⁊ tenet nec de eius inualiditate vnq̄ hic tractat. ⁊ si diceres qd huic fundamēto potest optime respōderi ex mēte ⁊ verbis Bar met hic qd ista benignior interpretatio: quā tenet Bar. debet sumi in penis cōtra proprium significatum verborum: ad hoc bene moliantur. p. l. si preses. ⁊ in. l. interpretatiōe. ff. de pe. dico qd hoc qd dicit Bart. posset procedere in dubijs: vt loquunt iura p eū allegata: nos autem sumus in casu claro: vbi verba sentētie sunt clara: pono te ad cōfinia donec reuocauero: q: p mortē nō iducit reuocatio, sed cessatio voluntatis: vt. ꝯ. dixi, vnde in claris nō est loc⁹ cōiecturis. l. cōtinu⁹. ꝯ. cū quis in fi. ꝯ. e. Jtē qn agitur de delictis puniendis, vt in casu presenti: lz materia videatur esse penalis: talis tamē nō est odiosa: imo fauorabilis: ⁊ extēdenda: non restringenda: vt facit Bar. q: publice interest qd delicta puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad. l. aquil. ꝯm Bar. not. in. l. quemadmodum. circa me. C. de agri. ⁊ cēs. lib. xi. ⁊ in. l. ij. ꝯ. exercitū. ꝯ. de infami. Bald. in. l. non fine. circa fi. C. de bo. que lib. Pau. de ca. in. l. bona fides. ff. depositi. Jo. de ana. in. c. j. de maledicis, hinc est qd statuta in se fauorabilia delinquētib⁹ sunt odiosa legi ⁊ nature ⁊ sacris morib⁹: ⁊ nō pnt a pncipe ꝯfirmari. ita egregie Bal. in c. ad nostrā. de prob. Tenendo istā partem contra Barto. non ob. tex. in quo principaliter se fundat Bar. ꝯ. in. d. l. vxorē. ꝯ. pe. equiparādo sentētiam vltime voluntati. vt facit Barto. q: dico qd ille tex. nō facit in proposito: q: ibi nō sunt verba donec reuocauero vt est questio Bar. sed sunt verba cū heres volet: sed sic est qd talia verba donec reuocauero: etiā in vltimis voluntatibus nō apponūtur: vt dicit Bar. ⁊ ita etiam dicit Jmo. in vlti. col. ⁊ sic corruit fundamentū. Bar. ex istis cōcludo: qd aliud est in isto membro: quādo iudex ponit ad confinia donec reuocauero: quod tunc per solam mortem iudicis nō reuocat positio confiniū. ⁊ aliud sit in primo mēbro Bar. qn iudex dicit quoad volam: vel quoad voluero. Huis Bar. hic teneat contrarium ⁊ male: ⁊ sit idē in isto mēbro qd in precedenti ⁊ ita puto habes bene discussum hūc articulū.
15 ¶ † Successiue querit Bar. quid si iudex nō est mortu⁹ s eius officiū est finitum. ⁊ tenet ꝙ idē sit quo ad reuocandū cōfinia sicut si esset mortu⁹: vt hic per eū: cū quo alij transeūt. Adde inquantū Bar. adducit simile qd si aliquid conferat in arbitriū heredis: intelligitur inquantū durat heres: ⁊ cessat si desinit esse heres. p. l. luci⁹. la. j. ff. d fideicō. lib. dic melius: qd illud ibi est nō ex eo q: desierit esse heres: sed q: nō habebat iustā causam cōtradicēdi: als nō posset ꝯdicere dato qd heres eē desierit. l. cū pponas. ⁊ ibi gl. ⁊ Sali. C. d fideicō. liber. Jmo. ⁊ do. Alex. hic. ¶ Scdo dū Bar. tenet qd in. l. cū pater. ꝯ. hereditatē. in. j. ff. de le. ij. ⁊ in. l. ex facto. ꝯ. si quis rogat⁹ el. ij. ff. ad trebel. testator expresse ꝯtulit electionē in tēp⁹ mortis heredis ⁊ sic intelligitur de morte naturali: iō pōt eligere etiā post deportationē: in hoc male dicit: ⁊ eū reprobāt Ro. ⁊ Alex. hic: quia in. d. iuribus actus eligēdi non fuit collatus post mortem heredis: sed restitutio sic: quo casu grauatus post mortem pōt etiā ante mortē restituere. l. post mortē. C. de fideicō. ¶ Postremo dū Bar. dicit ꝙ in ꝯtrariū facit qd tenet Jnno. in. c. licet vndiq̄. de offi. dele. Adde ꝙ illud dictū de specie refert ⁊ reprehēdit idē Bar. in. l. more. in vlti. col. in pe. q. ꝯ. de iuris. oim indi.
16 ⁊ ibi dixi post eū. ¶ † Successiue in. q. seq. tenet Bart. quod per excommunicationē iudicis non reuocant confinia. sicut nec per deportationē: equiparando excommunicatū deportato. ꝯm gl. in. ꝯ. minor. insti. de capi. dimi. Aduerte ꝙ illā glo. reprobat do. Abb. in. c. pastoral. ꝯ. j. in pe. col. ad fi. de appell. eo q: deportat⁹ perdit ciuitatē, ⁊ ea q sunt iuris ciuilis. l. quidā. ff. de pe. secus in excommunicato. ⁊ vltra eum deportatus perdit familiam. ⁊ patriam: secus in excommunicato. Jtem deportato nō interdicit ecclesiastica sepultura quādo moritur. excommunicato sic. scdm Ange. multum late disputantem veritatem. d. gl. in. q. per eum disputata incipi. duo inuicem litigātes. in. j. col. ⁊ in. vj. seq. Sub iungit fortius Bart. quod durante excommunicatione, poterit iudex licet excommunicatus cōfinia reuocare: quia nō est actus
b iudiciarius: patet quia morte finitur. sed eū reprehēdit[b] Bald. et bene in. l. fi. in. vj. q. in fi. C. de cōtrahē. emp. ⁊ sequitur. d. Alex. hic: quia ista reuocatio cōfiniū, nō consistit solū in facto, sed etiā in iurisdictione, que apud excommunicatū non est quo ad exercitiū. c. ad probandum. de re iudi. nec ob. qd per mortem intelligatur facta reuocatio: q: hoc est falsum. ⁊ in hoc communis opi
17 nio est cōtra Bart. vt dixi. ꝯ. in scdo articulo. ¶ † Ultimo tenet Bar. sub dubio forte: ꝙ iudex qui posuit aliquem simpliciter ad confinia non possit illa reuocare ex quo in snia nō reseruauit sibi expresse ptātē reuocādi p tex. no. in. l. relegati. in fin. ꝯ. de penis. vbi est tex. ⁊ ibi no. Bar. quod exuli vel bānito, solus iudex ⁊ nō alius pōt dare licētiam reuertendi. Adde text. in. l. seruo ꝯ. ad fi. in ver. vel impunitati. C. ad. l. iul. de vi. per quem no. ibi egregie Bald. qd similiter nullus iudex nisi princeps, pōt facere grām ad penam: lz dicat qd barones seruant cōtrariū. ꝯm Cy. Jtem cancellationē condemnationis non potest alius potestas vel iudex facere quam princeps. ꝯm Bal. in cōsil. cccc.ij. primi volu. qd incip. coniūgamus statutum cum decreto. ⁊ per ista cum laude dei ⁊c.

1 ☞ Dies precedentis obligationis intelligitur in stipulatiōe nouata repetitus.
2 Terminus ad aliud se referens intelligitur plane se referre et oīa īcludere q includunt in termino ad quē fit relatio.

1 QUi sic stipulatur. † Dies precedē tis obligatiōis intelligit in stipulatione nouata repetitus. ¶ Gl. ⁊ doc. intelligūt istum tex. quādo stipulatio fuit interposita animo nouādi primā: alias ex quo continet plus ꝙ prima esset super flua. ⁊ tm̄ ex prima posset agi. l. qui bis idem. et. l. si dari. in fi. ꝯ. eodem. ne ergo stipulatio reddatur inutilis intelligitur quod sit facta animo nouādi primam: ita intelligunt gl. ⁊ oēs istum tex. Jste communis intellectus mihi nullaten⁹ placet. Primo q: diuinat ad hunc tex. dicere quod ista scda stipulatio fuerit facta animo nouādi primā est manifesta diuinatio. Secundo ⁊ fortius ista etiā scda stipulatio continet quantū prima: ⁊ nō plus ⁊ nō interuenit persona noua: ergo etiā de iure forum nō intelligitur esse facta nouatio. vt magistraliter declarat Bar. in. l. pe. ff. de preto. stipu. iō istū tex. plane sine diuinatione qd scda stipulatio fuit facta sub commemoratione prie referendo se ad substantiam prime obligationis. vt expresse cātat tex. ⁊ isto casu scda stipulatio nouat primam: ⁊ agit solum ex scda facta per cōmemorationē prie. arg. l. nō ad ea. ff. de cōdi. ⁊ demō. ita late tenet do. Alex. in. l. q bis idē. ꝯ. eo. secut⁹ Pe. de bellaperti. in. l. qui vsumfructū. j. eo. ⁊ lz ego in. d. l. q bis idē. in. vj. limitatione tenuerim cōtrarium sequēdo Ang. in. d. l. qui vsumfructum. eo q: l. nō ad ea. in qua se fundat do. Alex. ⁊ Pe. de bellaperti. qui solum se fundat in vltimis voluntatib⁹ q dependent a sola voluntate defuncti ⁊ nō in stipulatiōe vel ꝯctib⁹ vt tenet Bar. in. l. iurisgent. ꝯ. adeo. ff. de pac. tñ hoc etiā potest teneri per istū tex. vbi v dēt casus nihil subaudiēdo ⁊ erit singularis ⁊ peregrin⁹. ¶ Secundo aduerte ꝙ lz in hoc text. in scda stipulatiōe nō fuerit expressa certa quantitas: sed facta relatio ad id qd debebat ex pria: tñ hīc fuit expresse facta commemoratio diei vel tēporis. ibi qd te mihi illis calē. pondera illis calē. ita intelligit tex. Bar. in. l. si stichum. ꝯ. j. in. fin. ff. de noua. ⁊ sic diuo quūtur simpliciter Cu. ⁊ Pau. de ca. hic. sed Alex. in. l. si diuortio. in. iij. col. ꝯ. eo. intelligit istū text. ꝙ in scda stipulatione non fuit expressa nec quātitas: nec etiā dies: sed facta fuit obligatio ad substantiam prime obligatiōis: ideo dies appositus in pria obligatiōe intelligitur in secūda repetitus. ⁊ istud sibi dicit placere quaz illud qd formaliter tenet Bar. in. d. l. si stichū. ꝯ. j. in fi. ques

a ¶ Uerba sententie dēt impropriari. addō Lud. d rosa. in cōs. cxxvj. inci. ꝯsiderato. ⁊ in consilio cccc xviij. in ci. cōsiderato. ⁊ late fe li. i. c. audit in pncip. de prescri.

b ¶ Sed eū reprehēdit addō qd opi. Bar. sequit etiā Fel. in c. ad pbandum. col. fi. extra de re iudica.

in fi.quem.s.retuli. ¶ Tertio aduerte: qr si illud q prius debebatur,fuisset debitum ex alio ↄtractu,vel ex vltia volūtate.ꝛ sic nō ex stipulatiōe,sicut nec dr in lra:quāuis postea in stipulatione sequēti nō fuisset anim⁹ nouādi:ↄcederet iste text.ꝛ stipulatio esset efficax.§.j.insti.qb.mo.tol.ob.ꝛ ita tenēt Jmo.ꝛ Cu.h.
2 ¶ †No.ex hoc tex.qd terminus ad aliud se referēs,intelligitur plene se referre,ꝛ oīa includere,que icludunt in termino ad quē fit relatio.adde q tāta est obligatio ꝛ talis in termino referente,quāta est in termino ad quē fit relatio,tex.est in.l.si por.ꝛ ibi
8 Bal.ꝛ Ang.no.ff.sol.mat.adde etiā q ea q̄ sunt[a] in termino ad quē fit relatio.intelligunt specificata in termino referente scdm Bal.in.l.si defensor.§.q interrogat⁹.ff.de inter.act.p illū tex.in vsi.nisi forte. ¶ Glo.fi.in fi.opp.de.l.j.in fi.ff.ad munici.vbi verba priuilegij legalis,vel statutarij debēt intelligi vt aliqd addant iuri cōmuni,alr̄ essent superflua ꝛ nihil opararētur. sed hic scda stipulatio nihil cōtinēs plus q̄ pma vr̄ supflua,ꝛ nihil valere:ꝛ sic ↄ tex.ꝛ lʒ glo.nō rn̄deat,rn̄.q hic scda stipulatio non est inutilis ex quo nouat primā ꝛ tollit:ꝛ ex nūc incipit noua obligatio:ꝛ sic noua pscriptio.de quo vltimo an interesse prescriptionis sit considerabile in stipulatiōe,vt faciat eam valere,disputaui late in.l.qui bis idem.s.eo.

1 Dictio magis pōt stare exclusiue.
2 Verbum cum petiero qūo intelligendum.
3 Hec verba cum petiero non reddunt stipulationem cōditionalem.quod amplia.nu.4.
5 Verba apposita ad celeritatem executionis,nō inducūt suspensionem, nec conditionem.
6 Dictio cū adiecta obligationi nō facit conditionez qn̄ ↄceptio verboꝝ sapit de presenti executionem.
7 Facultas denuntiādi debitori q soluat:transit ad heredē stipulatoris.
8 Cōditio que non est non pōt deficere.
9 Si stipulor decem si petiero per dictionem si:stipulatio est conditionalis.
